# Aurea expoſitio hym-
norum vna cum textu.

UVA. BHSC. IyR_108_3

Laudate dominū in sono tube: laudate eum in psalterio: ⁊ cithara
Laudate eum in tympano ⁊ choro: laudate eū in cordis ⁊ organo.



UVA. BHSC. IyR_108_3

Liber iſte: dicit᷑ liber hymnoꝝ. Hymnꝰ
dicit᷑ laus dei cū cātico. Quattuor fuerūt prīcipales
actores q̄ hymnos cōpoſuerūt. ſ. Gregorius. Prudē
cius. Ambroſius. Sedulius. Sed quidā vir prudēs
nomine hylariꝰ vidēs illos multos hmynos ꝯpoſuiſ
ſe dignuꝫ duxit quoſdā in vnū colligere: ꝛ cōpendioſe cōponere bre
uem ꝛ vtileꝫ tractatuꝫ in quo omnes hymni vtiliores maxime eſſet
Prima intentio fuit deſcribere illos q̄ cantant᷑ in prima feria: ꝛ ſic
deinceps ſcd'ꝫ ordinē. Utilitas maxima eſt: vt ꝑlecto libro cognitio
nem habeamꝰ vnitatis ꝛ trinitatis Supponitur theorice. i. diuine
contēplationi. Sed q̄a mētionem fecimꝰ de feria. videamus q̄d ſit
feria. Feria eſt ſolēnis dies. Beatꝰ enim ſilueſter vidēs hebreos di
centes. Prima ſabbati. ſcd'a ſabbati. ꝛ ſic deinceps. Simil'r videns
gentiles noīa ſuoꝝ deoꝝ vel ſtellaꝝ poſuiſſe: vt dies lune. dies mar
tis ꝛc. voluit imitari mores ꝛ ſectā eoꝝ. ſ. hebreoꝝ ꝛ gētilium. ꝛ lo
co huiꝰ inuenit hoc nomē feria. Sed in fine ſeptimane ſeruauit ſab
batum quod fecit ad figuram. quia ſabbatuꝫ interpretatur requies
Et nos per totam ebdomodam id eſt ꝑ totum ſpacium vite noſtre.
quod currit ſpacio ſeptem dieruꝫ: debemus laborare ꝛ niti ſummo
conamine vt perueniamus ad requiem. ꝛ ad eternam beatitudineꝫ
¶ Unus quiſqꝫ hymnus habet ſuam materiam. In illis qui ſunt
de nocte accipit materiaꝫ ipſum tempus id eſt ſignificationeꝫ ipſiꝰ
temporis. ſ. vt expellat a nobis tenebras ignorantie ꝛ viciorum. et
informet nos virtutibus ꝛ ſancti ſpiritus caritate. In illis vero q̄
ſunt de die accipit materiam ipſum lumen ꝛ vult deprecari deuꝫ vt
quēadmodum illuminat nos ſua claritate: ꝛ ſplēdore ſolis in corpo-
re: ſic illuminet nos ſancti ſpiritus gratia in mente. Amen.
¶ Materia huius hymni eſt cōmendatio dominici diei. et commē-
dat eum per partes. Hec ſunt ꝑtes ꝙ mundus fuit conditus eodeꝫ
die quo xp̄s reſurrexit: ꝛ ꝑ hanc cōmendationeꝫ: Beatus gregoriꝰ
vult ob dominici diei apicem monere nos ad honorem ipſius de lec-
to mane ſurgere ꝛ deum querere. Dominicus dies merito et cum
diſcretione omnium dierum primus dicitur: quia dicitur primꝰ re-
ſpectu omnium creaturaruꝫ. Tercius dicitur reſpectu reſurrectio
nis domini. quia tercia die reſurrexit. Octauus dicitur reſpectu
octaui diei: quia in octaua die oēs reſurgere debemꝰ ad eternam vi
tam. Et ideo queramus in dominico die quo chriſtus reſurrexit ip-
ſum chriſtum: vt a morte vicioꝝ ad vitā et gaudiū ſempiterū reſur-



UVA. BHSC. IyR_108_3

gamꝰ .ĩ die iudicii quo bona bonis. mala malis reddẽtur. Deſcenſꝰ fiat ad litteram. Ego dico dominicum diem maiorem eſſe aliis omnibus. quia mundus fuit conditus. et chriſtus reſurrexit eodẽ die. ergo habet primatum ſuper alios dies. Ergo maior eſt aliis diebus Locus eſt a partibus ſufficienter enumeratis vel a poſitione antecedentis. O fatres omnes ſurgamus. in primo dierum omnium id eſt in dominica die. ocius id eſt cicius ꝙ̃ in aliis diebus. quo ſcilicet dominico die. mundus extat conditus id eſt factus. vel pro et ⁊ quo die conditor id eſt creator omnium creaturarum: exiſtens vita noſtra ſed ſecundũ apoſtolũ reſurgens a morte. nos liberat ab inferno vel a poteſtate diaboli. Surgamus dico a noſtris torporibus id eſt peccatis et viciis. et non ſolummodo ſurgamus ſed queramꝰ per obſeruationem mandatorum. pium id eſt deum in hac nocte. ſicut nouimus prophetam dauid deuꝫ queſiſſe ſicut ipſe ait. Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi ⁊c. Itẽ. Lauabo ꝑ ſingulas noctes. ⁊c. vñ in omelia beati gregorii legiẗ de quodam q̍ poſtꝙ̃ aliꝙ̃tulum ſoporis corpori ſuo dediſſet extra mediã noctem ſurgebat. ⁊ vigilans orabat, qui tãdiu hoc fecit donec facta eſt vox de celo a domino dicens. peccatum tuum dimiſſum eſt tibi.

## Die dominica ad nocturnum.

PRimo dierũ omniũ: quo mũdus extat cõditus: vel quo reſurgẽs cõditor: nos morte vita liberet. Pulſis procul torporibus: ſurgamus omnes ociuſ: ⁊ nocte q̃ramus pium: ſicut prophetam nouimus.

¶ Surgamus inꝙ̃ ⁊ queramus piuꝫ (vt audiat noſtras preces) i. orationes pro vitandis viciis ⁊ querendis virtutibus (⁊ porrigat ſuam dexteram) id eſt auxilium (vt nos expiatos) id eſt abſolutos. ⁊ purgatos (ſordibus). i. a viciis vel a ſordibus viciorum. reddat ſedibus polorum id eſt celoꝝ ⁊ angelorum. i. ponat nos in celo.

Noſtras preces vt audiat: ſuamqꝫ dextrã porrigat: vt expiatos ſordibus: reddat polorũ ſedibus

¶ Reddat inꝙ̃ nos polorum ſedibꝰ. vt muneret ſupple nos beatis

UVA. BHSC. IyR_108_3

donis ſ(?) eſt donis celeſtibus quicq; id eſt quicunq; pſallimus id eſt canim⁹ ei ſcȝ dño q̃etis horis id ē horis noctis in ſacratiſſimo tem pore quo xp̃s reſurrexit tēpore dico huius diei ſcȝ dñice vel mune⸗ret in ſacratiſſimo tp̄e hui⁹ diei. i. in die iudicii q̃ dicitur ſacratus: q̃a ibi bona bonis mala malis reddent̃. Sed q̃a ſupiora p̄ nos habe re neq̃mus vertit ſe nūc ad filiū ⁊ monet nos q̄ precemur ipſ; qua tin⁹ oīs libido oīs macula ⁊ alia mala facta a nobis remoueantur

**Ut quiqȝ ſacratiſſimo. huius diei tēpore. horis quietis pſallim⁹. donis beatis muneret. Jā nūc paterna claritas: te poſtulamus afatim abſit libi do ſordidans: omiſq; actus noxius.**

¶ Jam poſtulam⁹ te nūc: o paterna claritas afatim id ē habundā ter vt libido id ē luxuria ⁊ mala cōcupiſcētia libido dico ſordidans corpora nr̃a ⁊ oīs act⁹ noxi⁹. i. nociu⁹. i. omne malū op⁹ abſit. i. lō ge ſit remotū ne aīatū corpore ſordeſcat. Afatim aliq̃n cū vnico. f. ſcribit̃ ⁊ ē cōpoſitū ex a ⁊ fabile quaſi abūde ⁊ non dicibiliter ſigni ficet ⁊ cor. añpe. Si vero ſcribatur cum duplici. ff. ſignificat facū⸗de. ⁊ ante penultimā produxit.

**Ne feda ſit vel lubrica: noſtri cōpago corporis: p̄ quā auerni ignibus: ipſi crememur acrius.**

¶ Et ideo te poſtulam⁹ ne feda ſit. i. ſordib⁹ plena vel lubrica. i. la bilis ad luxuriā cōpago nr̃i corporis. i. cōiūctio nr̃i corporis ⁊ aīe: q̃ tūc dicit̃ feda q̃n caro preeſt virtuti. ⁊ rō eſt pulcra q̃n predñatur corpori: vel deprecemur vt caro ſubeat mēti p̄ quā ſcȝ cōpaginē cre memur aīa ⁊ corpore. i. cruciemur acri⁹. i. valde acriter ignib⁹. i. dolorib⁹ auerni. i. inferni. Auern⁹ dr̃ ab a qđ ē ſine ⁊ ver veris qđ eſt delectatio quaſi ſine vere. i. ſine delectatione. Auern⁹ eſt locus in inferno vbi eſt ſemp̄ ignis in quo impii cremabuntur qui in hac vita per immundiciam exarſerunt.

**Ob hoc redēptor queſum⁹: vt probra noſtra dilu as perēnis vite cōmoda: nobis benigne cōferas.**

¶ Et quia timemus ne ignibus crememur/o redemptor queſum⁹ id eſt rogamus ⁊ cum deſiderio querimus (ob hoc) id eſt, p̄pter hoc (vt diluas noſtra probra) id eſt peccata (que probrant) id eſt vitupe rant ⁊ maculant aīam ⁊ corpus (⁊ conferas) i. concedas (nobis cō⸗moda) i. vtilia perpetua (perhēnis vite) i. eterne glorie.



UVA. BHSC. IyR_108_3

Quo carnis actu exules: effecti ipſi celibes: vt p̄ſtolamur cernui: melos canamus glorie.

¶ Quo) pro vt (exules nos) peregrini a celeſti patria (actu) i. operatione carnis queadmodū ip̄e eſt alienus a patria dicit exul ⁊ peregrinus id ē lōge remotus a patria: ſic ⁊ nos p̱ opa vicioſa ⁊ peccata efficimur exules a celeſti patria (nos ip̄i effecti) i. facti (celibes) id ē vitā virtuoſam ⁊ celeſtē ducētes (vt p̄ſtolamur) i. expectamus ⁊ ſperamus (nos inquam cernui) id ē inclinati ⁊ oculos ſurſū tenētes ad dn̄m (canam⁹) i. proferamus (melos) i. dulcē cantum ore ⁊ corde (glorie) i. ad honorē tue laudis. Bene eni cātat qui a bonis operibus non ceſſat.

Preſta pater pijſſime patriq꞉ cōpar vnice cū ſpiritu paraclito regnās per omne ſeculū amen.

¶ O piiſſime) qui piiaſti id ē mūdaſti nos a viciis (pater) i. o creator ⁊ actor omniū rex (⁊ o vnice) i. o xp̄e fili dei viui vnice dico (cōpar) i. equalis ſcd̄m diuinitatē (patri) i. oīpotenti in pugillo celū ⁊ terrā cōtinenti (tu dico regnās cū ſpū paraclito) i. conſolatore (p̱ omne ſeculū) id eſt an̄ oīa ſecula (preſta) id ē dona nobis ea q̄ ſupra orauim⁹. (amē) id ē ſine fine ⁊ ſine defectu. i. ſine initio ⁊ ſine fine

## Die dominica ad laudes hymnus.

Eterne rerū conditor noctē diemq꞉ q̄ regis ⁊ temporū das tēpora vt alleues faſtidiū.

¶ Materia hui⁹ hymni eſt cōmēdatio ⁊ laudatio altiſſimi dei omniū ꝯditoris q̄ eternus eſt id eſt ſine initio ⁊ fine Et diſtingue quid diſtat inter eternū. ꝑpetuū. ſempiternū. ⁊ tp̄ale. Eternū eſt qd̄ caret principio ⁊ fine. vt deus. Perpetuū habet principiū cū tēpore ⁊ habebit finē. vt aīa. Sempiternū eſt qd̄ nec habuit principiū ſub tēpore nec habebit finē ſicut eternū. Temporale eſt qd̄ incipit cum tēpore ⁊ habet finem vt corpus noſtrū. Cōſtrue (Eterne rerū cōditor) i. factor (qui regis) i. diſponis ⁊ gubernas (noctē) i. peccatorē vel diabolū (⁊ qui regis diē) i. iuſtū (⁊ das tempora) i. diuerſitates (tēporū) i. ſpaciorū huius vite (vt aleues faſtidiū) i. remoueas laborē noſtrū. Eterni dei ſapientia vt hoīs ſubleuaret faſtidia tēpora mira delectatione variauit. Nā ſi ſemp̱ nox eſſet homo deficeret ⁊ periret. torpore inertia ⁊ ꝓpter tenebras Et ſi ſemper dies eſſet miſer homo nimis laboris ſtudio affectus etiā periret. ⁊ ideo dn̄s mi-

UVA. BHSC. IyR_108_3

ſertus noſtri diei τ noctis ſpaciū poſuit τ eternū τ tēporib⁹ tempo
ra dedit ſubeuntia. Et nota ꝙ quēadmodū anni ſūt quattuor ꝑtes:
vel quattuor tēpora eodē modo homo cōſtat ex quattuor elemētis.

**Preco diei iam ſonat: noctis profūde ꝑuigil nocturna lux viātibus: a nocte noctem ſegregās.**

¶ Preco diei. i. iohānes vel preco diei) i. xp̄i (iam ſonat) i. nunciat (diē) i. xp̄m (preco dico peruigil noctis ꝓfunde) i. inferni profundi (nocturna lux) ſ. iohānes q̄ ante lucē ſurrexit vt luceret hoībus q̄ erant in tenebris huius mūdi (viantibus) i. volentibus ire ad xp̄m (eſt ſegregans noctē a nocte) i. peccatū a peccatore quia quos vult aſſumit: quos vult in ſuo ſinit errore. Vel aliter cōſtrue. Preco. i. dn̄s nr̄ q̄ eſt ꝑmium ſuis diei. i. patris iā ſonat id ē manifeſtat euā-gelicā ꝑdicationē ꝑ predicatores ſuos ip̄e dico ꝑuigil. i. cognoſcens noctis ꝓfunde culpā τ nocturna lux ſupple lucet viantibus. i. pn̄s eccleſia q̄ lucet ī huius mūdi tenebris τ ſegregās noctē. i. diſcernēſ vnāquāq; aīam peccatricem agentē penitentiā de cōmiſſis a nocte i. ab illa peccatrice aīa q̄ ex toto corde deuz reliquit ita ꝙ vult eam venire non ad penitentiam.

**Hoc excitatus lucifer: ſoluit polum caligine. hoc omnis error chorus: viā nocendi deſerit**

¶ Hoc excitatus lucifer. i. quo dn̄o ꝑdicāte vel iohanne lucifer. i. verus predicator lucē diuine gr̄e ferens aliis excitat⁹ inq̄ ſoluit polū caligine. i. aīam fidelem ab omī nigredine viciorū τ hoc oīs chorus errorū id eſt excercitus maligni diaboli deſerit viā nocēdi. ſ. ieſu excitāte. τ peccator currit ad portū id eſt ad xp̄m vt ibi requieſcat τ vires bone operationis ibi reſumat. τ precone canēte oīs deceptio diaboli vel excercitus eius. Vel chorus id ē cōuenticulus errorū. i. hereticorū deſerit viā ſuā id eſt maledictā ſentētiam nocēdi id eſt faciendi aliis nocumentum vel impedimentum.

**Hoc nauta vires colligit: pōtibus miteſcūt freta hoc ipſa petra. eccleſie canēte culpam.**

¶ Sicut nauta pre nimio dolore noctis fatigatus tēdit ad portum vt ibi recoligat vires aliquātulū reqeſcēs ſic aīa fatigata in nimio labore viciorū τ peccatoꝝ tendit ad portū. i. ad xp̄m ꝑ confeſſionez vt ibi requieſcat τ vires bone operatiōis recolligat. Cōſtrue. Nauta. i. nauis ductor colligit vires id eſt virtutes hoc ſcʒ deo cone. i. xp̄o freta id eſt ebulitiones vitiorū ponti. i. huius mūdi miteſcunt



UVA. BHSC. IyR_108_3

id ē manſueſcūt ꝛ hoc ſcȝ ꝑ xp̄m ip̄a petra eccleſie id ē petrus ꝗ eſt fundamētum eccleſie diluit canēdo. i. flēdo ꝛ penitēdo. culpā trine negationis. quia ter negauit dominum.

**Surgamus ergo ſtrēnue: gallus iacentes excitat ꝛ ſōnolentos increpat: gallus negātes arguit.**

¶ Et q̄a gallus. i. xp̄s vel p̄dicatoꝛ nos excitat ad bene agendū ſurgamus ſcȝ a peccatis ſtrēnue id eſt feſtināter gallus excitat id ē cōmouet penitētiā iacētes. i. in peccato lapſos vel exiſtētes ꝛ gallus increpat. i. redarguit ſomnolētos. i. in peccatis ꝑmanētes. q̄a ſicut ille q̄ dormit vagus ꝛ ineptus eſt ad omne opus ſic aīa in peccatis manēs inanis efficitur deo ꝛ gallus arguit. i. reprehēdit negantes id eſt nolētes ſurgere de peccatis.

**Gallo canente ſpes reddit: egris ſalus refunditur: mucro latronis conditur: fides lapſis reuertitur.**

¶ Gallo canēte. i. p̄dicatore predicāte ſpes reddit. i. fiducia recuperādi ſalutem redditur. ꝛ ſalus. i. vita eterna refūditur. i. largitur per penitētiā egris. i. peccatoꝛibus mucro latronis cōditur. i. inſidie diaboli q̄ vt mucro cedunt hoīes ꝛ cruciant aīam eternaliter ꝛ ſic gallo canente fides lapſis reuertitur.

**Jheſu labentes reſpice: ꝛ nos videndo coꝛrige: ſi reſpicis lapſos cadunt: fletuq̄ȝ culpa ſoluitur.**

¶ Et quoniā gallo canente ſpes redit/o ieſu ſaluatoꝛ mūdi reſpice id eſt miſerere labentes in peccatis ꝛ nos vidēdo. i. miſerendo coꝛrige id eſt caſtiga nos ſi reſpicis. i. ſi misereris lapſos. i. labentes q̄ in peccatis reſurgent: peccata cadunt id ē delentur ꝗ pro ꝛ culpa id ē peccatū ſoluitur. i. purgatur fletu. i. lacrimarū gemitu.

**Tu lux refulge ſenſibus: mentiſq̄ȝ ſomnū diſcute te noſtra vox primū ſonet: ꝛ oꝛe pſallamus tibi**

¶ Et q̄a peccata cadūt (ſi reſpicis) i. remittūt ideo (O tu lux). i. o tu xp̄e q̄ es lux mūdi illuminās noſtras mētes (refulge ſenſibus) i. illumina nr̄as mētes (ꝛ diſcute) i. remoue (ſomnū mentis) i. peccatū vel toꝛpoꝛē noſtrū ꝛ hoc ad honoꝛē tuū. ſ. (vt nr̄a vox ſonet) id ē laudet (te) i. nomen tuū/o xp̄e (primū) i. maxime (ꝛ pſallamus) id ē applaudamus (oꝛe). ſ. voce ꝛ coꝛde (tibi) ſ. ad honoꝛē tui.

UVA. BHSC. IyR_108_3

# Ali⁹ hymn⁹ die dñica ad noc. alio. t.

Nocte ſurgẽtes vigilemus omnes: ſemper in pſalmis meditemur: atqꝫ viribus totis dño canamus dulciter hymnos.

¶ In hoc hymno nos hortãdo ãmonet Greg. vt q̄diu in hoc mundo laboramus ne nocti. i. peccato ſubditi ſimus. ſed cum omni ſtudio ꝓ executione bonorũ operũ vigilem⁹ q̄a ſi vigilia noſtra ſoli deo intẽdendo fuerit prouida ad aures dei ꝓculdubio perueniet ¶ Materia huius hymni eſt laudatio noĩs dei ⁊ ipĩ totis viribus decãtare laudes ⁊ hymnos intentio vt ſurgamus de viciis ⁊ adhereamus virtutibus. Diſtingamus ergo ſic. (O fratres nos omẽs ſurgentes nocte) id ẽ de peccato (vigilemus) i. perſeueremus in dei laudẽ (ſemper ⁊ ſine fine in pſalmis) i. in bonis operibus (meditemur) id ẽ perſeueremus vigilando (⁊ canamus) id ẽ perſoluamus (domino) id ẽ ſaluatori noſtro (dulciter) id ẽ ſuauiter (hymnos) id eſt laudes. ſ. (totis viribus) id ẽ animo ⁊ corpore. Vigilare enĩ debemus ſine fine quia neſcimus quando veniet dominus an mane an ſero: an media nocte. nocte dixit quia de nocte venit dñs. ſ. in nubib⁹. i. in velamine carnis q̄ fuit quaſi nox qñ incarnat⁹ fuit in beata virgine. quia deitas latebat in carne ⁊ ideo nocte. i. in hac pñti vita vigilare debemus ⁊ non tota nocte dormire: quia in nocte veniet dominus. vnde dicitur vigilate quia neſcitis diem neqꝫ horam. ⁊ ido vigilemus in proſperis ⁊ in aduerſis non deſinentes aut bona opera interrumpentes ⁊ omittentes laſcemur ſꝫ iugiter ⁊ indefeſſe do ſeruiamus. vnde non qui inceperit ſed qui perſeuerauerit. vſqꝫ ad finem ſaluus erit. Inchoata enim virtus non proficit niſi ad finẽ perducatur.

Vt pio regi pariter canentes: cum ſuis ſanctis: mereamur aulam ingredi celi: ſimul ⁊ beataꝫ ducere vitam.

¶ Canamus hymnos (vt nos canentes) id eſt laudes perſoluantes (pio regi) id eſt chriſto (pariter) id eſt corpore ⁊ anima (mereamur ingredi aulam celi) i. regnum eterne beatitudinis (⁊ ducere) .i. habere ſimul vitã eternã vel (beatã) i. puram vel ſanctam.

UVA. BHSC. IyR_108_3

Preſtet hoc nobis deitas beata pr̃is ac nati pari
terqꝫ ſcı̃ ſpũs cuius reboat in oı̃ gl'a mũdo amen

¶ Dixi ꝙ debemus canere pio regi vt mereamur celi ingredi ianu
am(ꝛ beata deitas)i. deus vnus ſcꝫ pater ꝛ filiꝰ ꝛ ſpũſſanctꝰ(pre
ſtet)i. donet nobis oı̄bus(hoc)i. ea q̃ ſupra orauimus(gl'ia cuius)
i. laus cuius deitatis(reboat)i. reſonat(in omı̃ mũdo)i. vbicunqꝫ
vnde dicit̃. Quicq̊d in mũdo fit p̲ ipſius fabricationēꝫ fit. ſ. dñi per
quē deũ ꝛ in quo ſũt oı̄a. Oı̄a enı̃ illi ſoli famulant̃ celum ꝛ terraꝫ
ego implebo dicit dominus.

# Ad laudes die dominica hymnus.

Ecce iaꝫ noctis: tenuatur vmbra: lucis au
rora: rutilans choruſcat viribus totis ro=
gitemus omnes cunctipotētem.

¶ Materia huius hymni eſt miſeratio xp̄i ꝛ continuatur hymno
ſuperius dicto ſic q̊a ſurreximus nocte id eſt de peccato canendo.
Nox deponitur ꝛ ecce dies appropinquat quia ſicut ille q̃ gallo ca
nēte in nocturnis horis iter diſponit agere id eſt incboat: ſic ille q̃ ı̄
nocte huius mundi celeſtia ire deſiderat gallo canente. i. predica
tore predicante ſurgit ꝛ iter incipit p̲ bonā operationem. Cōſtrue.
Ecce vmbra. i. ignorantia vel obſcuritas noctis. i. diaboli iā tenua
tur id eſt annihilatur aurora lucis id eſt xp̄s pr̃is cognitio rutilās
id eſt ſplendorē emittēs choruſcat. i. ſplendet. Et nota ꝙ ſicut auro
ra depellit noctē ſic xp̄s deuicit diabolū. quia xp̄s eſt princeps nr̄e
hūanitatis aurora id eſt xp̄s. i. quaſi aureū colorē habens. q̊a cho
ruſcat ideo rogitemus omēs. i. deprecemur viribus totis id eſt cuꝫ
oı̄bus viribus aı̄e ꝛ corporis cunctipotentē q̊a oı̄a ı̄ ſua p̄tāte ſūt ꝛ.

Ut deus nr̄ miſeratꝰ: oēꝫ pellat lāguorē tribuat
ſalutē donet ꝛ nobis pietate pr̃is regna polorū.

¶ Ut deus noſter miſeratus noſtri. ſ. quia miſerādo nos redemit
pellat. i. remoueat omēm lāguorē id oē peccatū ꝛ pellendo peccatū
tribuat ſalutē id eſt vitā corporis ꝛ aı̄e. quia per dei grām non pro
priis meritis vita datur donec ergo nobis pietate patris id eſt ipſi
us miſericordia regna poloꝝ. i. aulā celorū. Preſtet hoc nobis ꝛc.

UVA. BHSC. IyR_108_3

# Ad primam hymnus



Am luciſ orto ſyde-re: deū pre-cemur ſup-plices: vt in diurniſ actibꝰ noſ ſuet a no-centibus. Linguaz refrenans tēperet ne litis hor-ror inſo-net viſum fouēdo cō-tegat: ne vanitates hauriat.

¶ Materia huius hymni eſt deprecatio ad dñm vt orto ſydere id ē xp̄o dignetur nos ſegregare a viciis ⁊ nos induendo virtutibus re/pellat ſuperbiā ⁊ nos faciat humiles. Et quādo vmbra noctis id ē peccatū receſſit a nobis. ideo lux vera id eſt xp̄s iam habitet in cor/dibus noſtris. Cōſtrue ſic. ſydere iā lucis orto. i. xp̄o nato q̄ reful/ſit in mūdo ſicut ſol iuſticie. quia redimēdo eripuit nos de tenebriſ ⁊ vmbra mortis. i. a peccato nos ſupplices. i. humiles p̄cemur deū id eſt valde oremus apud deum vt in diurnis actibus. i. aſſiduis bo nis operibus ſeruet nos a nōcentibus id eſt cuſtodiat ⁊ ꝓtegat nos a peccatis ⁊ omnibus aduerſis.

¶ Dico vt nos ſeruet a nocētibus grā xp̄i refrenās id eſt cōpeſcēs linguā ⁊ tēperet eā ne horror litis id ē cōtentio vel ſeditio diaboli.

UVA. BHSC. IyR_108_3

(inſonet) i. in noſtra corda ſonet viſū fouēdo cōtegat. i. nutriendo ꝛ regulādo cōcupiſcencias noſtras ꝛ viſū ſic protegat ꝛ dirigat ne va nitates hauriat id eſt ne videamus ea q̄ vidēda nō ſunt. Et nō ſolū viſus oculorū ſit mundatū ſed etiā cordis vt gaudiū vanitatis non hauriamus ꝛ in delectationibus ꝛ cōcupiſcenciis nō gaudeamus: Unde dn̄s ait. Nō mihi poſſunt viuere q̄ nō ſūt mortui mūdo eſti⸗ mamus enī temere ſi deo ꝛ mūdo volumus ꝑfrui. Et alibi. Nō eſt cōuentio xp̄i ad belial. Diabolus enī ꝛ deus nō bene cōueniūt nec in vna ſede morātur. Et deus in euāgelio. Nemo poteſt duob⁹ do⸗ minis ſeruire deo ſcʒ ꝛ māmone id eſt pecunie male acq̄ſite ꝛ diui⸗ ciis. Et nota ꝙ inter amorē dei ꝛ huius mūdi hec eſt differētia ꝙ a mor huius mūdi in principio dulcis eſſe videt̄. ſed finē habet ama⸗ rū. Unde eccleſiaſtes. Nouiſſima aūt eius amara ſicut abſinthiū. Amor dei ab amaritudine incipit ſed vltima eius dulcedine plena ſūt. hec eſt ſalutaris manſio ſcʒ deus. hec ſūt tabernacula iuſtoruʒ in quibus vox leticie ꝛ exultationis ſonat ſemper vbi beati habita⸗ bunt cuius decorē propheta concupiuit cuius habitationē optauit cuius deſiderium flagrauit.

**Sint pura cordis intima: abſiſtat ꝛ vecordia: car nis terat ſuperbiā potus cibiqʒ parcitas.**

¶ Intima cordis ſint pura id eſt mūda a mala cogitatione ꝛ vecor dia. i. ſtulticia q̄ facit hominē vecordē eſſe abſiſtat. i. abſit a nobis, ꝓ cul ꝙ pro ꝛ parcitas. i. abſtinētia cibi ꝛ potus terat. i. minuat ſuꝑ biā carnis. i. peccatū ꝛ ſtimulos eius. q̄a niſi habeamus parcitatē cibi ꝛ pot⁹ oīa in contrariū ſupradicta nobis euenient. nec poterim⁹ refrenare linguā noſtrā nec noſtra intima erunt pura. ſed ſordida ꝛ horror litis eis aſſociabit̄. ꝛ ſic ꝑ hec ꝛ cetera mala cōdēnabimur.

**Ut cū dies abſceſſerit: noctemqʒ ſors reduxerit: mundi per abſtinētiam ip̄i canam⁹ gloriam.**

¶ Ut cū dies abſceſſerit a nobis per mala opera ꝙ,ꝓ ꝛ ſors. i. diui na diſpēſatio vel ſors. i. diabolus vel ſol per ſui abſentiā reduxerit noctē. i. peccatum. quia nil aliud dies q̄ꝫ illuminatio ſolis ꝑ aerem vel aer ſole ꝑcuſſus noctē inq̄ꝫ. i. peccatū nos ꝑ abſtinētiā viciorum mūdi. i. preſentis ſeculi purificati canam⁹ gloriā. ſ. ſempiternā ip̄i i. deo. Et q̄a nox receſſit ꝛ dies venit referam⁹ gl̄iaʒ deo ꝛ hoc iure

**Deo patri ſit gl̄ia: eiuſqʒ ſoli filio cuʒ ſpiritu pa**

UVA. BHSC. IyR_108_3

raclito: et nunc et im perpetuum. Amen.

¶ Refferamus gloriam deo. et hoc iure dico. quia tot et tanta contulit nobis: quia peccatum preceſſit: et a morte liberauit nos: et ad vltimũ nos in filios collocauit ⁊ ſuſcepit. Gloria id eſt laus ſit deo patri. ꝗ pro et eius ſoli filio id eſt vn ico ieſu chriſto. et hoc cum ſpiritu paraclito id eſt conſolatore. Spirituſſanctus dicitur conſolator id eſt aduocatus primus. ideo qu ia diſcipulorum corda que fuerunt meſta de morte chriſti reddidit conſolationi. ⁊ nũc ideſt in preſenti ⁊ in perpetuum id eſt ſine fine. Amen.

## Ad terciam hymnus.

Unc ſancte nobis ſpiritus: vnum patri cum filio: digna re prõptus ingeri: noſtro refuſus pectori.



¶ Materia huius hymni eſt deprecatio ſancti ſpiritus vt dignetur in pectore noſtro deſcẽdere. quã ſcilicet deprecationem facimꝰ in hora ter

UVA. BHSC. IyR_108_3

cia. In hora tercia peccauit adam in paradiſo: propter quod pecca-
tum inde eiectus eſt. ideo ſpiritui ſancto facimus hanc orationem:
vt ſicut ab adam per ſuggeſtionem ſeparatus eſt: ita per eius correcti
onem noſtro pectori ingeri dignetur. Et ſicut inflammauit apoſto
los hora tercia ſic dignetur ingeri in cordibus noſtris vel infundi vt
mereamur deum vere laudare. et hoc eſt (O ſancte ſpiritus) tu dico
(promptus) id eſt paratus ad perquirendum et conſolandum (qui
es vnus vel vnum) id eſt vnius ſubſtantie (patri cum filio) dignare
(ingeri) id eſt infundi nobis (nunc) id eſt adhuc ſed iam dico tu (ſpi
ritus refuſus noſtro pectori) id eſt vt infundas nobis ſpiritum ſan
ctum: vel ſimus repleti te ſpiritu ſancto: vt conſequamur remiſſio
nem peccatorum vel (vnus aut vnum patri cum filio) in eſſentia:
vel in poteſtate. Vnus dicitur per quandam eſſentiam trium per-
ſonarum. vnus pertinet ad ſubſtantiam non ad perſonam. Et hoc
eſt quod dicitur vnus patri cum filio.

**Os lingua mens ſenſus: vigor confeſſionem per-
ſonet flameſcat igne caritas: accendat ardor pro-
ximos.**

¶ Os et lingua pertinent ad corpus. mens vero ad animam: et ſenſus
ad vtrunque procedit. Et ſimiliter eodem modo pertinet ſpiritusſan
ctus ad vtrunque. ſ. ad patrem et filium: quia ab vtroque procedit Et
tamen non tres ſunt dii: ſed vnus eſt deus. Et nota quod in ſole tria ſunt
ſcilicet ſpera/claritas/et calor. Spera ſolis naturaliter ſplendens eſt
et calens. Summus pater naturaliter ſapiens eſt et amans. Spe-
ra ſolis et ſplendor et calor non ſunt tres ſoles ſed vnus ſol. Sum-
mus pater et ſapientia et amor eius non ſunt tres dii: ſed vnus eſt
deus. In ſpera ſolis ignea patrem intelligere debemus. in ſplendo
re filium. in calore ſpiritum ſanctum (Os lingua) id eſt corpus
(et mens) id eſt anima (ſenſus) id eſt vterque ſcilicet corpus et anima
(vigor) i. virtus (perſonet) id eſt credat vel confiteatur (confeſſio-
nem) id eſt trinitatem ſcilicet patrem: et filium et ſpiritum ſanctum
eſſe vnum deum (caritas) id eſt amor dei et proximi (flammeſcat)
id eſt ardeat in nobis (igne) ſupple ſanctiſpiritus (ardor) ſue carita
tis (accendat) id eſt illuminet ſpirituali amore (proximos) id amo-
rem dei deſiderantes.

UVA. BHSC. IyR_108_3

# Ad ſextam hymnus.



Rector potens verax deus: qui temperas rerum vices ſplẽdore mane inſtruis: ⁊ ignib⁹ meridiem.

¶ Materia huius hymni: ſumitur ꝑ qualitates ⁊ diuerſitates aeris ⁊ tẽporis ex hoc ſcilicet ꝙ maximus calor ſolet eſſe aliquãdo in meridie. ⁊ quandoqꝫ ſolet nocere anime et corpori. Unde deum rogare debemus vt in nobis extinguat flammas viciorum noſtrorum et tribuat nobis ſuam caritatem in cordibus noſtris. Et non ſoluꝫ hora tercia deum rogare debemus. ſed etiam ſexta hora: in qua Adam eiectus fuit de paradiſo per ſuperbiam. Ut vnde per tráſgreſſionem fuit eiectus illuc redeamus per bonam operationem chriſto annuente: qui eadem hora in cruce poſitus fuit ( O tu rector ) qui regis omnia (potens )id eſt qui potes omnia facere que vis. quia manuſ tua potentia:et in ea omnis poteſtas:⁊ fortitudo (verax deus)qui nunq̃ mentiris. q̇a tu ipſe veritas es:et verax in verbis. et ꝑmiſſis tuis que nunq̃ fallũt(q̇ temperas )i. q̇ mitigaſ(vices)i. viciſſitudines(rerum)⁊( inſtruis mane)id eſt incipientes bona opera facere

UVA. BHSC. IyR_108_3

(ſplendore ſolis) id lumine (et inſtruis meridiem ignibus). i. calo=
re ſcilicet caritate.

**Extingue flammas litium: aufer calorem noxiuz
confer ſalutem corporũ: veramq́ʒ pacem cordiuz.**

¶ (Extingue flammas litium) id eſt ſuffoca calores mundanarũ tẽp
tationum vel (extingue flammas) id eſt mortifica in nobis flãmas
id eſt ardores libidinis vel (litium) id eſt odiorum vel diſcordiarum
(aufer calorem) id eſt remoue amorem a nobis ⁊ appetitũ (noxiũ)
id eſt noxiarum rerum. quia tu bonus es calor et ſol vite eterne (cõ
fer) ſcilicet ſalutem nobis (corporum) et animarum (q́ʒ) pro et (pa=
cem cordium) id eſt animorum (veram) id eſt non fictam.

# Ad nonam hymnus.

**E=
ruz
deuſ tenax
vigor: im=
motus ĩ te
permanẽs
lucis diur=
ne tempo=
ra: ſucceſſi
bus deter=
minans.**

¶ Materia
huius hymni
ẽ q̄ nõ ſolũ in
hora ſexta dep̄
cãdus ⁊ laudã
dus eſt deus.
Sed etiam in
hora nona: in
qua xp̄s mi=



UVA. BHSC. IyR_108_3

grauit de hoc mundo ad patrez. vt poſſum⁹ trãſire de vitiis ad vir
tutes ⁊ ad bonas operationes (O de⁹ tenax) a teneo tenes qui om
nia tenes ſub poteſtate tua ⁊ pietate (vigor) id eſt virtus (rerum p̷
manens in te immotus) id ē nō variabilis. quia nunq̄ in ſeipō mo
uetur (determinans) id ē diuidens (tēpora lucis diurne) id ē quoti
diane (ſucceſſib⁹) i. quib⁹ licet diſtinctionib⁹.

**Largire clarum veſpere: quo vita nuſq̄ decidet: ſed premium mortis ſacre perhēnis inſtet gloria.**

¶ Et quia hec dicta facis (largire) i. concede (clarum veſpere) i. finem noſtre vite ⁊ exitum (quo) pro vt noſtra vita (nuſq̄ decidat) i. non cadat in aliquo graui peccato (ſed perhēnis gloria). ſ. illa q̄ eſt ſine fine exiſtens ſupple (premium mortis ſacre inſtet nobis) p̷ remiſſionem peccatorum.

## Ad veſperas die dominica.

**Hymnus.**

**Lucis creator optime: lucem dierum p̷ferens primordijs lucis: noue mundi parās originem.**

¶ Materia huius hymni eſt inuocatio quam facit beatus gregori⁹





UVA. BHSC. IyR_108_3

ad dominum vt ſicut precepit mane iunctum veſperi vocari diē ita vt audiat preces noſtras ⁊ ꝯmendat diē dominicuꝫ per opꝰ qḋ quotidie factum eſt ⁊ in eodem die vt ibi fiat lux ⁊ facta eſt lux (O optime creator lucis) id ē filii tui vel angelorum (proferēs) id ē tribuens (lucem) id ē filium tuum (dierum) apoſtolorum tuorum q̇ dies vocantur (parans originem) .ſ. quando dixiſti fiat lux. i. initiū (noue lucis primordiis mundi) id eſt apoſtololi q̇ lux interpretantur. Unde dicitur. Uos eſtis lux in iſta vita illuſtrantes omnia. Uos eſtis ſal terre condientes morum tēperantiam ipi apoſtoli paſtores ſunt populorum oīa conſeruantes.

**Qui mane iunctum veſperi: diem vocari precipis tetrū chaos illabitur: audi preces cum fletibus.**

¶ Et tu qui precipis mane iunctum veperi (vocari diem) id ē diem ⁊ noctem qui eſt dies naturalis. Unde dictum eſt Factum eſt veſpere ⁊ mane dies vnus Uel aliter (tu qui precipis mane iunctum veſperi vocari diem) id eſt deitatem iunctaꝫ carni noſtre que obſcura eſt vt veſperum vocari diem. i. criſtum qui eſt verus dies (tetrū chaos) id eſt nox ⁊ peccatum ⁊ obſcuritas viciorum (illabitur) id ē cadit in nos. ⁊ ideo (audi preces) noſtras (cum fletibus) id eſt cum deſideriis lacrimarum.

**Ne mens grauata crimine: vite ſit exul munere: dum nil perhenne cogitat: ſeſeqꝫ culpis illigat.**

¶ Dico audi preces nr̄as ⁊ quare (ne mens) i. aīa nr̄a ſit ponderata (crimine) id eſt peccato vitiorum. ⁊ hoc eſt qḋ dicit (ne mens grauata) id eſt ponderoſa vel oppreſſa (crimine) id eſt peccato (ſit exul) id eſt alienata (munere) id eſt dono eterne beatitudinis (vite) id ē criſti qui eſt vita (dum mens nil perhenne cogitat) id eſt perpetuum. (ſed illigat) i. illaqueat ſeſe culpis viciorum.

**Celorum pulſet intimum: vitale tollat premium vitemus omne noxium: purgemus omne peſſimū**

¶ Ergo ⁊ nos debemꝰ accipere criſtum vel eternam beatitudineꝫ. ⁊ vt hoc fiat (mēs pulſet) id ē inquirat (intimum celorum) id ē xp̄ꝫ (⁊ tollat) i. acquirat (vitale premium) i. eternam beatitudinē ergo (vitemꝰ oē noxium) i. oē peccatum q̄tuꝫ ad corpꝰ (purgemꝰ omne peſſimum) i. omne peccatū q̄tum ad aīam.

UVA. BHSC. IyR_108_3

# Ad completorium hymnus.



Te lucis ãte terminum rerum creator poscimus: vt solita clemẽtia ſis preſul ac cuſtodia.

¶ Materia huius hymni eſt deuz deprecari in inceptione noctis. vt ſicut deprecamur deum in inceptione diei. vt cuſtodiat nos per totam diem. ita in inceptione noctis vt nos cuſtodiat per totaz noctem deū deprecamur. (O rerum creator poſcimꝰ) id eſt petimꝰ (te ante terminum lucis) id eſt anteꝙ̃ de mundo exeamus. vel anteꝙ̃ dies recedat (vt ſis preſul) id eſt cuſtos vel ſpeculator (ac cuſtodia) vel ſis preſul ad cuſtodiã: i. ad cuſtodiẽdam animam.

Procul recedant ſomnia: ⁊ noxium fantaſmata: hoſtemqꝫ noſtrum comprime: ne poluantur corpora.

¶ Dico ſis preſul ad cuſtodiam. vt (procul recedant ſomnia) id eſt



UVA. BHSC. IyR_108_3

longe ſint a nobis remote illuſiones demonum vel ꝑ praue delectati-
ones carnis (⁊ fantaſmata noxium) i. occulte deceptiones vel ſug-
geſtiones (noxium) apparitiones. i. malignorũ ſpirituũ. Nox diui-
dit in ſex partes. ſ. ſero ſiue veſper. cõticinium. intẽpeſtum. gallici
niũ. crepuſculum mane. Sero eſt quando nox iminet. illud. ſ. tẽpꝰ
qđ ſequitur ſolẽ occidentẽ qđ etiã heſperꝰ dicitur ab illa ſtella poſt
ſolẽ oriente. Conticinium eſt hora quãdo homines cubitũ pergunt
Intẽpeſtũ eſt quando nihil operãtur. ⁊ eſt cõis hora quieſcẽdi om-
nium. medium tempus inter galliciniũ ⁊ conticiniũ. Gallicinium
eſt quando galli emittunt voces. Crepuſculũ eſt quando dubiuz eſt
inter diem ⁊ noctem. Mane eſt quando aurora apparet (⁊ compri
me noſtrum hoſtẽ) id eſt diabolum vel carnem (ne corpora nr̃a pol-
luantur). ſ. malo vel corporali pollutione.

# In quadrageſima ad completoriuz

Chriſte q̇ lux es ⁊ dies: noctis tenebras dete-
gis luciſqz lumẽ crederis lumẽ beatũ ꝑ̃dicãs

Materia huius hymni eſt ꝙ deprecare debemus deũ vt det no-
bis q̇etem noctem ⁊ defendat a perfido hoſte: ⁊ oculi ſic ſomnũ ca-
piant ꝙ cor ſemꝑ ad deum vigilet. O xp̃e qui es lux angeloruz ⁊ il
luminator oĩm ſcõꝝ. Unde ip̃e dixit. Ego ſum lux mundi. ⁊ dies ẽ
xp̃s qui illuminat oẽm diem ⁊ parat omnem lucẽ. Cũ autẽ mirabi
le ſit quia ſicut pater eſt lux ⁊ filius ⁊ ſpũſſanctus ſit lux nõ tamẽ
tres luces. ſed pater ⁊ filius ⁊ ſpũſſanctus vna ⁊ inſeparabilis eſt
lux. ſicut ⁊ in hac dictione que eſt lux ſunt tres littere ⁊ vnus ſonꝰ
cui ad ſignificationem ipſius ſenſus aliquid addi vel minui nõ po-
teſt. ſic quoqz cuz tres perſone ſint ẽ vna deitas cui naturaliter ad
di vel minui nihil poteſt. Non enim deus tres luces eſt. quia ſi ve-
rum eſſet iam lux vna nõ eſſet. Nã q̇cq̇d corporaliter diuidi põt in
illa ſubſtãtia q̇ diuerſitatẽ patit̃ nõ põt dici vnũ (⁊ detegis). i. ape-
ris (tenebras) i. verſutias (noctis). i. diaboli (⁊ crederis lumen lu-
cis) i. pr̃is tu dico (ꝑ̃dicãs) i. ꝓmittẽs ap̃lis (beatũ lumẽ) i. ſp̃zſcũm

## Precamur ſancte dñe: defende nos in hac nocte: ſit nobis in te requies: quietem noctẽ tribue.

(O ſcẽ dñe) q̇ dñaris (ꝑ̃camur) i. rogamꝰ te (defẽde) i. ꝓtege (nos a
vitiis ⁊ ab iſidiatoribꝰ nr̃is) i. demonibꝰ: q̇ vt leones rugientes cir
cuũt q̇rẽtes quẽ deuorẽt. vt ait ap̃ls (ĩ hac nocte). i. pñti vita ⁊ req̇
es ſit nobis in te. i. req̇eſcamꝰ tecũ ĩ celeſti regno ⁊ (tribue) i. cõce
de (q̇etã noctẽ) i. trãquillã ⁊ ſecurã.

UVA. BHSC. IyR_108_3

Ne grauis ſomnus irruat: nec hoſtis nos ſurripiat: nec caro illi conſentiens nos tibi reos ſtatuat.

¶ Ne grauis ſomn⁹) i. ne graue peccatuȝ vel delectatio peccati (irruat) i. opprimat nos (nec hostis). i. diabol⁹ (ſurripiat) i. fraudulēter decipiat nos (nec caro noſtra illi cōſentiēs) ſ. diabolo in peccato (nos reos ſtatuat.) id ē faciat eſſe culpabiles (tibi) id ē in domino. quia domin⁹ noſter eſt ſcdm naturam.

Oculi ſomnū capiāt: cor ad te ſemꝑ vigilet: dextera tua protegat: famulos q̄ te diligunt.

¶ Quāuis dico ꝙ grauis ſomn⁹ non irruat. tn̄ non dico ꝙ oculi ſō num nō capiēt immo aliq̄ꝫtulum capiāt. ꝛ hic (oculi ſomnū capiāt) id ē aliq̄ꝫtulū capiant. vt corp⁹ refociletur (cor) i. mēs (ſemꝑ vigilet ad te) ꝛ o tu dn̄e (dextera tua) id ē auxilium tuum (protegat famulos) ſcilicet qui te diligunt.

Defēſor noſter aſpice: inſidiātes reprime: guberna tuos famulos quos ſanguine mercatus es.

¶ Defenſor noſter aſpice) nos (ꝛ reprime inſidiātes). i. demones q̄ ſemꝑ inſidiātur nobis ꝛ ꝙ maligni ſpūs ſemꝑ ſunt parati inſidiari nobis ꝛ nocere ꝛ aīas iugulare id petim⁹ vt de⁹ eos reprimat ꝛ reſtringat ne nocere valeāt. Et notandū ꝙ maligni ſpirit⁹ tres habēt habitationes. ſ. in inferno. in aere. ꝛ in terra. Illi qui in terra manēt diuiduntur in duab⁹ partib⁹. ꝛ vocantur lerue ꝛ lerues. lerue in nocte ledunt. lerues autē in die (guberna). i. rege nos. (tuos famulos quos mercat⁹ es) i. redemiſti (tuo ſanguine) Et nota ꝙ diu ꝑ peccatū ſerui fuim⁹: modo ꝑ xp̄m liberi facti ſumus. q̄a nec auro corruptibili. ſꝫ proprio ſanguine ſuo nos redemit.

Memento noſtri dn̄e: in graui iſto corpore: q̄ es defenſor aīe adeſto nobis domine.

¶ Et q̄a ſum⁹ redēpti ſanguine dn̄i. ideo non debem⁹ voluptati noſtre ſatiſfactionē facere. ſꝫ p̄ceptis ei⁹ pro ſalute noſtra noſmetipſos onerare ꝛ iugiter applicare. Unde dauid. Preceptū dn̄i luciduȝ illuminans oculos meos (O dn̄e memēto noſtri in graui iſto corpore) i. corruptibili (qui es defēſor aīe. o tu domine adeſto nobis) id ē eſto ad defenſionem noſtram.



UVA. BHSC. IyR_108_3

# Feria ſecunda ad veſperas

Immēſe celi cōditor: q̄ mixta ne cōfunderet: aque fluēta diuidēs celū dediſti limitē

¶ Materia hui⁹ hymni eſt inuocatio quā facit actor vt queadmodū xp̄s aquas ab aquis in ſcda die ſeparauit. partē in terra reliq̄t/ ⁊ partē in celo attulit propter nimietatē aque. ideo quia terra confuſa erat ⁊ ne calor ſolis diſſiparet res mundanas ita diuidat mentes noſtras a malis operib⁹. Sed q̄ritur cur partē attulit in celuꝫ ⁊ ad quid celū igneū eſt. Ignis leuis materie eſt: ⁊ ideo ſi nō interpoſuiſſet aliud elementū puta aquā/ignis totam terrā leuiter cōbureret. Et ſi q̄ratur qualiter aque manēt ſup ignē. Aug. dicit q̄ fortitudo ignis aquā coagulat ⁊ coartat. Itē q̄ritur ſi celū mobile eſt ⁊ rotūdū quomodo aque manēt ſurſū Ambroſi⁹ dat hoc exēplū q̄a multa corpora exterius ſūt rotunda q̄ interius ſunt quadrata. ⁊ ſic poteſt eſſe celū. Celeſtes nāqꝫ nature ignee ſunt. Vn̄ ſpūs dicit pur⁹ ether q̄a rog⁹. i. ignis. Vn̄ niſi vnda ſuperioris ⁊ īferioris aque ethera ſiue ignē tēperaret totā terrā incenderet ⁊ ruptā in puluerē diſſiparet. (O xp̄e conditor immēſe) i. ſine mēſura (celi) q̄ (diuidēs fluenta aque) i. aquarū curſ⁹ (ne confunderet mixta) ſup faciē terre .i. confuſionem faceret celū dediſti limitē id eſt terminum inter aquas ſuperiores ⁊ inferiores.

Firmās locū celeſtibus: ſimulqꝫ terre riuulis: vt vnda flāmas temperet: terre ſolū ne diſſipēt.

¶ Tu dico (firmans locū) inter aquas celeſtes ⁊ aquas terreſtres (celeſtib⁹) i. angelis vel aquis (⁊ ſimul riuulis terre) i. fluminib⁹ vl' peccatorib⁹ (vt vnda. i. aque tēperet flāmas) i. ignem firmamēti (ne flāme diſſipēt ſolum terre (ſolum) id eſt ſoliditatē.

Infunde nūc piiſſime: donum perhēnis gr̄e: fraudis noue ne caſibus: nos error atterat vetus.

¶ O tu piiſſime infūde nūc) i. in p̄nti (donū perhēnis gratie) i: ſpiritusſancti (ne error) ydolatrie vel originale peccatū (vetus) i. antiqu⁹ atterat. i. conterat (nos caſib⁹ noue fraudis) i. hereſis vel diaboli nou⁹ dicit. q̄a null⁹ ali⁹ peccauerat p̱ originale peccatū.

Lucē fides inueniat: ſic luminis iubar ferat: hec vana cūcta terreat. hāc falſa nulla cōprimant

UVA. BHSC. IyR_108_3

¶(Fides) noſtra (inueniat lucē tuā. o tu xp̄e ꝛ inueniendo ferat iubar) i. ſplendorē (luminis) i. ſpūſſancti. ꝛ ferēdo iubar tribuat ſe nobis hec. i. fides (terreat cuncta vana) i. cunctā prauitatē hereticam (nulla falſa cōprimant) i. deprimāt (hāc). ſ. fidem.

# Feria ſecunda ad nocturnū

**Omno refectis artub⁹: ſomno cubili ſurgim⁹: nobis paſ canētib⁹ adeſſe te dpoſci⁹**

¶(Materia hui⁹ hymni eſt ꝙ debem⁹ ſurgere de lecto) i. de peccato ꝛ depcari deū vt dimittat nobis peccata noſtra. ſ. pn̄tia/pterita: ꝛ futura. Cū facim⁹ inuocationē ad deū patrē. ſic debemus dicere O deus pater (refectis artubus ſomno) i. ſenſibus noſtris replctis in mūdana delectatione (ſurgamus ſpreto cubili) i. ipſa delectatione q̄a poſtꝙ fuerint mēbra noſtra refocillata ſomno ꝛ reparata virtute debem⁹ cum indignatione ſpernere ꝛ ad dei ſeruiciū feſtinare ꝛ tūc de⁹ aderit nobis (depoſcim⁹) i. deprecamur (te adeſſe) ſcʒ preſentem (nobis canentib⁹) id eſt laudantib⁹.

**Te lingua primū cōcinat: te mētis ardor ambiat vt actuū ſequētiū: tu ſancte ſis exordium.**

¶Et ideo non ſolū corde ſed etiā lingua te deprecamur/o dn̄e (lingua noſtra cōcinat) i. laudet (te primum) i. maxime ſuper oīa (ardor) i. amor mētis noſtre (ambiat) i. deſideret te ꝛ ad q̄d (vt tu ſancte pater ſis exordiū) i. principiū noſtroꝝ (actuū ſequētium) vt oīs noſtra actio a te ſemper incipiat ꝛ per te incepta finiatur.

**Cedāt tenebre lumini: ꝛ nox diurno ſyderi: vt culpa quā nox intulit: lucis labeſcat munere.**

¶(Tenebre) i. vicia peccata (cedāt) i. locum dent (lumini) i. xp̄o (ꝛ nox) ſupple cedat (diurno ſyderi) i. ſoli (vt culpe) i. peccatū (ꝙ nox intulit) nobis. i. diabolus (labeſcat) i. euaneſcat (munere. i. gracia (lucis) id eſt xp̄i vel ſpirituſſancti.

**Precamur idē ſupplices: noxas vt oēs amputes ꝛ ore te canentiū: lauderis imperpetuū.**

¶(Nos ſupplices). i. humiles (precamur idem). i. illud ꝛ ad quid (vt amputes) i. auferas (omnes noxas) i. omīa peccata ꝛ vicia (vt lauderis imperpetuū ore canētium te)



UVA. BHSC. IyR_108_3

# Feria ſcda ad laudes hymn⁹

Splẽdor paterne glorie: de luce lucem pro-
ferens lux lucis ⁊ fõs luminis: dies diem il
luminans.

¶ Materia hui⁹ hymni eſt patris ⁊ filii ⁊ ſpũſſancti credulitas ⁊
tantũ pater ſit in filio. ⁊ fili⁹ in patre. ⁊ ſpũſſanctus procedens ab
vtroqꝫ. Et ꝑ hanc credulitatẽ rogam⁹ vt confirmet. i. cõferat nobiſ
ſuam grãm. vt ſit nobis cibus ⁊ potus. (O xp̃e q̃ es ſplẽdor pater
ne glorie) i. patris. q̃a per patrẽ glorificatur (proferẽs lucẽ) i. ſpũꝫ
ſanctũ (de luce) i. de patre. vel proferẽs. i. manifeſtãs (lucẽ) i. teipm
eternã lucẽ venientẽ in hũc mundũ de luce paterna (O lux) i. fili⁹
(lucis) i. patris. ⁊ (fons ⁊ origo luminis) vel ſpũſſancti (tu dico di-
es illuminans diẽ) id ẽ illos quos p̃dicatione aplorꝫ facis illumiãri

Veruſqꝫ ſol illabere: micãs nitore perpeti: iubar
qꝫ ſcĩſpũs: infunde noſtris ſenſibus.

¶ Et o tu xp̃e qui es ver⁹ ſol illabere) i. deſcende (micans nitore ꝑ-
peti) i. prope tuo lumine eterno (⁊ infunde) i. mitte (iubar) i. ſplen-
dorẽ ſpũſſancti (noſtris ſenſib⁹) i. noſtris mẽtibus vt non ſolũ voce
mus te filium ſed patrem.

Votis vocem⁹ te patrẽ: patrẽ perhẽnis glorie pa
ter potentis gratie: culpã releget lubricam.

¶ Et nõ ſolum vocemns te filiũ. ſed (votis vocem⁹) i. precemur cũ
deſiderio. vocem⁹ inq̃ (te patrem perhẽnis gl'ie) ⁊ perpetue. q̃a in-
finita erit. ⁊ vocem⁹ (vt pater potentis gratie releget) i. reſtringat
vel mittat in exilium (culpam lubricam) id eſt libidinem q̃ facit ho-
minem cito labi de bono ad malum.

Informet actus ſtrẽnuos: dentẽ retundat inuidi
caſus fecundet aſperos: donec gerendi gratiã

¶ Dixi inuocemus ⁊ quare ut pater (informet) i. componat (actuſ
ſtrẽnuos) i. honeſtos. ſ. bonas operationes (⁊ retũdat) id ẽ frangat
(dentem). i. fortitudinem (inuidi) id eſt diaboli. Et quẽadmodum
aliquis mordet eſcam. ita diabolus mordet ⁊ ſeducit xp̃ianos operã
do mala in eis (⁊ fecũdet) i. faciat proſperos (caſ⁹ noſtros aſperos)

UVA. BHSC. IyR_108_3

ſcꝫ caſtigādo nos ſepiſſime faciat fecūdare (donec) nobis gratiaꝫ gerēdi. i. patiendi eoſdem caſus aſperos.

**Mentē gubernet ꝛ regat: caſto fideli corpore. fides calore ferueat: fraudis venena neſciat.**

¶ Modo conuertit ſe ad fideles. q. d. filiꝰ infūdat in nobis iubar ſanctiſpūs ꝛ actus noſtros dirigat ꝛ (gubernet mētem) i. aīam noſtram (ꝛ regat) eam caſtam in fide catholica (fideli corpore) ſācte eccleſie vt fides noſtra (ferueat) i. ardeat (calore) caritatis vel amore ſpūſſancti (neſciat venena) i. hereſes (fraudis) i. diaboli.

**Criſtuſqꝫ nobis ſit cibus: potus noſter ſit fides: leti bibamus ſobriam ebrietatem ſpiritus.**

¶ Ut mens ſit neſcia fraudis (xp̄s ſit nobis cibꝰ). i. p̄dicatio dei q̄ reficiat nos. i. mentes noſtras vt cibus reficit corpus. ꝛ hac comeſtione. i. predicatione habeamus potum. i. fidē. Fides eſt caritas p̄dicationis (qꝫ) pro ꝛ (xp̄us ſit cibꝰ) celeſtis (ꝛ fides). ſ. catholica ſit noſter potus (leti) i. alacres vel hilares (bibamus ſobriam ebrietatem) i. tēperatam. ſ. infuſionē ſpūſſancti vt nos ſeruet a peccato. Et ebrietas ſpūs eſt ſobria. i. temperata ꝛ modeſta. q̄a hoīes inflāmat amore dei ꝛ ſeruat ab amore peccati. quia ſicut ille qui eſt ebriꝰ obliuioni tradit oīa nec recordatur Sic q̄ plenꝰ eſt ſpūſcō vl' gratia ſpūſſancti oīa mundana obliuiſcitur.

**Letus dies hic tranſeat: pudor ſit vt diluculū: fides velud meridies. creſpuculum mēs neſciat.**

¶ (Hic dies) id ē preſens uita (leta tranſeat) id ē exterminetur (letꝰ dies) id ē criſtus adueniat ad nos (ꝛ pudor) id ē caſtitas (ſit vt diluculum) id ē vt aurora luceat (fides ſit velud meridies) ꝛ ferueat amore ſpūſſancti ſicut meridies feruet (ꝛ mens crepuſculū neſciat) id eſt peccatum quia crepuſculum eſt lucis id eſt diei finis ꝛ noctis principium.

**Aurora curſꝰ prouehit: aurora totus prodeat. in patre totus filius: ꝛ totus in verbo pater.**

¶ (Aurora) id eſt pater (prouehit curſus) id eſt ducit filium ſuū ad ſui ſuperiora (aurora prodeat) id eſt manifeſtetur totus in ſubſtantia deitatis. quia filiꝰ in ſubſtātia deitatis totꝰ eſt in patre ꝛ pater totꝰ in verbo. i. in filio quia totꝰ vnꝰ eſt deus.

UVA. BHSC. IyR_108_3

# Feria ſcđa ad veſperas.

Onſors paterni lumīs: lux ip̄e lucis ⁊ di-
es noctē canēdo rūpim⁹ aſſiſte poſtulātib⁹

Ma̅tia hui⁹ hymni ē reſurrectio noctis ⁊ ſicut nos ſurgēdo rūpi-
mus noctē ita xp̄s ſurgēdo rupit mortē. i. vicit peccatū. vel ſicut di
es adueniens noctis vmbrā effugat. ſic aduenīēte vero lumīe. ſ. cri
ſto/ip̄e xp̄s vitiorum. i. peccatorū tenebras effugauit ⁊ totū mūdū
illūminauit (O xp̄e conſors) i. equalis vel conſcius eius nature q̄
eſt pater quia vnū eſt nomē patris ⁊ filii ⁊ ſpūſſancti (paterni lumi
nis) tu inq̄ xp̄e conſors luminis tu ipſe lux. i. filius lucis. i. patris
(⁊ dies) dieꝝ vel omniū luminū (rumpim⁹ noctē) i. peccatū (canē-
do. i. laudando te. Et ideo (aſſiſte poſtulātib⁹) te cū precibus.

Aufer tenebras mentiū: fuga cateruas demonū:
expelle ſomnolentiā: ne pigritantes obruat.

¶ Aufer tenebras) i. ignorātias (mentiū) noſtrarū (fuga cateruas
demonū) i. turbas malignorū ſpirituū (expelle ſomnolentiā) i. aīe
pigritiā (ne illa ſomnolētia) i. peccatoꝝ dormitio vel negligētia (ob-
ruat) i. p̄cipitet (pigritātes) i. in peccatis dormiētes.

Sit xp̄e nobis oībus: indulgeas credētibus: vt p
ſit exorantibus: qđ precinentes pſallimus.

¶ Sic) i. taliter (o xp̄e indulgeas) i. miſerearis (oībus credētibus
nobis) vt qđ precinētes. i. laudantes (pſallimus) ore. ſ. ⁊ corde (pro
ſit exorantib⁹) i. proficiat nobis deprecantib⁹.

# Feria tercia ad laudes hymnus.

Les diei nuncius: lucē propinquā p̄cinit:
nos excitator mētiū: iā xp̄s ad vitā vocat.

¶ Materia hui⁹ hymni eſt exortatio xp̄i ad nos ſurgam⁹ a viciis
⁊ adheream⁹ virtutib⁹ ⁊ p̄mittit exēplum alitis. i. galli. Sicut eīꝫ
galli cant⁹ nos excitat vel vocat ad diē venientē ſic xp̄s excitat men
tes noſtras ⁊ vocat nos p̄ ſcripturas ſacras ad opera virtuoſa p̄nū
cians q̄ in proximo eſt venturus ei⁹ vero aduent⁹ tēpus ignoratur
Unde bene dicitur. Surgite ⁊ vigilate q̄a neſcitis diē neqꝫ horam
⁊c. Alles) i. gallus (nunci⁹ diei precinit) i. predicit (lumen) i. diem

UVA. BHSC. IyR_108_3

nobis (propinquã xp̃s excitator mentiũ) noſtraruȝ (vocat nos ad vi tam iam) i. iam ad ſe vocat nos.

**Auferte clamat lectulos: egros ſopore deſides ca ſteqȝ recti ac ſobrij: vigilate iam ſũ proximus.**

¶ Criſtus (clamat) i. vocat ꝛ precipit nobis (auferte) i. relinq̃te (le ctulos) dicẽs (o deſides) i. o pigri reliquite lectulos egros. i. carna/ litateȝ vel corda veſtra ſopore. i. peccato irreticã aut inſequẽtes li/ bidinẽ. Et vigilate caſte nõ poſtulãtes (recte) non tortuoſe (ſobrie) non ebrie. Et bene debetis facere hoc q̃a ego xp̃s (iam p̃ximus ſũ) vobis. Vel ſcd̃m aliam litterã. o (caſti aĩa ꝛ corpore) ꝛ o (recti) ver bo ꝛ ope ꝛ ſobrii. i. tẽperati cibo ꝛ potu vigilate iã ſũ proxim⁹.

**Jeſum ciam⁹ vocib⁹ flentes precãtes ſobrie intẽ ta ſupplicatio dormire cor mundũ vetat.**

¶ Et quia xp̃s eſt proxim⁹/ o fratres (ciam⁹) i. vocem⁹ ieſũ vos di/ co (flẽtes precantes) i. cũ fletu rogantes illũ (ſobrie) i. cũ ſobrietate ſine omni feditate (intẽta ſupplicatio) i. aſſidua depc̃atio (vetat cor mundum dormire) i. in aliquo mortali peccato manere.

**Tu xp̃e ſomnũ diſcute: tu rũpe noctis vincula: tu ſolue peccatũ vetus: nouũqȝ lumen ingere**

¶ O tu xp̃e diſcute) i. diſſipa vel (diſcute) i. diuide (ſomnum) i. pec catum vel diabolũ ne nos decipiat (ꝛ tu rũpe) diſcutiẽdo (vincula noctis) i. diaboli. vel penas inferni q̃ dicuntur nox. vt nos nõ deci/ piant (tu ſolue peccatũ vet⁹) i. originale (ꝛ ingere) id ẽ immitte (no uum lumẽ) i. ſpiritusſanct⁹ q̃ dicitur nou⁹ quia eiciẽdo a nobis ve/ tera ꝛ peccata nos renouat lumine gratie.

## Feria tercia ad veſperas.

**Elluris ingẽs cõditor: mũdi ſolũ q̃ eruẽs pulſis atqȝ moleſtijs terrã dediſti ĩmobilẽ**

¶ Materia hui⁹ hymni eſt deprecatio quã facim⁹ ad deum. vt ſi/ cut de⁹ pater fecit celum ꝛ terrã ꝛ diuiſit ſupiora ab inferiorib⁹ ita ſua pietate noſtra peccata dimittat. ꝛ ſicut dedit terram immobilẽ vt faceret fructuȝ gratũ ita faciat mẽbra noſtra acceptabilia ad fru ctificandũ ſibi (O ingẽs conditor telluris) i. toti⁹ orbis (q̃ eruens) . i. diuidẽs (ſolum mũdi ab aquis). ſ. ab inferiorib⁹ ꝛ a ſupiorib⁹ at

UVA. BHSC. IyR_108_3

q̄ pro ⁊ (dediſti terrã immobilẽ) ⁊ hoc (pulſis moleſtiis) i. elemen tis q̄ valde moleſta erãt dũ inter ſe eſſẽt cõfuſa. i. ſimul mixta.

**Ut germẽ aptũ proferẽs: fuluis decora floribus: fecũda fructu ſiſteret. paſtumq̃ꝫ gratũ redderet**

¶ Ut illa terra. ſ. (proferẽs) i. producẽs (germẽ aptũ) i. congruuꝫ hominib⁹ (ſiſteret) i. ꝑmaneret (fecũda) i. abũdans ⁊ fertilis (fructu) acceptabili. illa dico (decora). i. ſpecioſa (fuluis floribus) i. rubeis ⁊ albis (q̄) pro ⁊ (redderet gratũ paſtũ) i. cibũ acceptabilẽ taꝫ hominibus q̄ȝ pecudibus.

**Mẽtis peruſte vulnera. mũda vigoris gratia vt facta fletu diluat: motuſq̃ꝫ prauos atterat.**

¶ O criſte (munda) i. purga (vulnera peruſte mẽtis) i. peccata vel flãmas a ĩe peccatricis: ⁊ hoc (gratia vigoris) i. ſpũſancti. vt (diluat facta) i. emẽdet peccata cõmiſſa (fletu) i. gemitu (atterat) i. auertat (prauos mot⁹) i. refrenet noſtros prauos actus.

**Juſſis tuis obtẽperet: nullis malis approximet: bonis repleri gaudeat: ⁊ mortis actũ neſciat.**

¶ Et mẽs illuminata (obtẽperet iuſſis tuis) i. obediat mãdatis tuis (⁊ non approximet) i. nõ accedat vel appropiquet (malis vllis.) . ſ. operib⁹. ſꝫ (gaudeat impleri bonis) operib⁹ (⁊ neſciat actũ mortis) i. conoſcat mortale peccatũ vel penas inferni.

# Feria quarta ad nocturnũ

**Erũ creator optime. rectorq̃ꝫ noſter aſpice. nos a q̇ete noxia. merſos ſopore libera**

¶ Materia hui⁹ hymni eſt inuocatio ad deũ vt dignetur criminibus noſtris ignoſcere. vt ſicut ſurgim⁹ de lecto ⁊ rumpim⁹ noctem ſic xp̄s rũpat peccata (O optime creator oĩm reꝝ ⁊ o rector noſter aſpice nos) i. libera nos (a quiete noxia) q̄a q̄ carnẽ oblectãt noxia ſunt ſãcte anime nos dico (libera) i. redime (merſos) i. obrutos (ſopore) ideſt peccato.

**Te ſãcte xp̄e poſcimus: ignoſce tu criminibus: ad confitendũ ſurgimus. moraſq̃ꝫ noctis rũpimus.**

¶ Ideo poſcim⁹) i. deprecamur te o (ſãcte xp̄e ignoſce) i. parce (culpis omnib⁹) vel ignoſce tu (criminib⁹) noſtris omib⁹ (ſurgim⁹) de

UVA. BHSC. IyR_108_3

virtute in virtutē. ſcꝫ confitendo peccata (ꝛ rumpimus moras). i. impedimenta (noctis) id eſt diaboli.

**Mētes manuſqꝫ tollim⁹: prophetam ſicut nouim⁹: nobis gerēdū: ꝑcipit pauluſqꝫ geſtis ſenſuit**

¶ (Tollim⁹) i. ſublenam⁹ (mentes) i. cogitatiōes (ꝛ manus) i. operationes (ſicut nouim⁹ prophetā). ſ. dauid q̄ (precepit). i. iubet nobis (gerendū). i. faciendū dicens. Media nocte ꝛc. Et (paul⁹ ſenſuit) in ſcripturis ſuis indicauit dicens. hora ē iā nos de ſomno ſurgere (geſtis) id eſt factis.

**Uides malū qđ geſſim⁹: occulta noſtra pādimus preces gementes fūdimus: dimitte qđ peccauim⁹.**

¶ O deus (vides malū qđ geſſim⁹) i. fecim⁹ ꝛ ideo (pādim⁹ occulta noſtra) i. peccata. ſ. per cōfeſſionē (gemētes) i. ſuſpirātes (fundimus tibi ꝑces) ꝛ ideo (dimitte) i. dona (qđ poſcim⁹) i. deliq̄mus

## Feria quarta ad laudes.

**Nox ꝛ tenebre ꝛ nubila: cōfuſa mūdi ꝛ turbida: hic intrat albeſcit polus: xp̄us venit diſcedite.**

O (nox) i. diabole ꝛc. Nox aliquando accipitur pro ira. pro tempore. pro diabolo. ꝛ ꝑ obſcuritate. ꝛ ideo (o tenebre) i. o peccata (ꝛ nubila) diſcordie hereticorū (ꝛ turbida mundi) i. turbationes ꝛ ſeditōnes (confuſa) i: permixta (diſcedite) i. recedite. quia ſicut nox diem ſic peccata iuſticiā. ꝛ diabolus xp̄m fugit. Recedite inq̄ ꝛ bene debetis. quia (criſtus) intrat mentes fidelium (pol⁹) i. corpus (albeſcit). i. niteſcit bonis operibus quid dicam per ſingula (criſtus venit) in corda noſtra.

**Caligo terre ſcinditur: ꝑcuſſa ſolis radio: ſpeculo rebuſqꝫ iā color: reddit vultu nitēs ſyderis.**

¶ Caligo terre. i. obſcuritas nr̄a ſcindit̄. i. diuidit̄ vel ſecreta hereticoꝝ caligo dico (ꝑcuſſa radio ſolis aſpectu xp̄i). i. diuino verbo. ꝛ (color) i. vigor ſpūſſancti q̄ receſſit ꝓpter ꝓſentiā tenebraꝝ iā reddit aiab⁹ nr̄is vultu nitēti ſideris. i. ſplēdorē ſpūſſcī q̄ eſt ver⁹ ſol.

**Te xp̄e ſolū nouim⁹: te mēte pura ꝛ ſimplici: flēdo ꝛ canendo q̄s: intende noſtris ſenſibus.**

¶ O xp̄e nouimus te ſolum) redemptorem ꝛ illuminatorem (te)

UVA. BHSC. IyR_108_3

⁊ non aliũ(pura mẽte ⁊ ſimplici)i. ſine ypocriſi(ꝗs flẽdo)peccata.
(⁊ canendo)i. laudando te(intende)i. prebe aſſenſum(noſtris preci
bus)id eſt intentionibus.

**Sunt multa fucis illita: que luce purgentur tua: tu lux eoꝝ ſyderis: vultu ſereno illumina.**

¶ (Multa)i. multe virtutes(ſũt illita)nobis. i. iũcta vel vncta(fu
cis)i. falſis coloribꝰ. Fucꝰ dicitur falſꝰ color ꝗ mixtꝰ ĩter veros co-
lores obfuſcat eos(ꝗ)omnino(purgẽtur tua luce)i. tuo ſplẽdore be
ne dico tua luce. ꝗa o(tu xp̃e es lux eoꝝ ſyderis)i. oriẽtalis. ſ. p̃ris
⁊ ideo(illumina nos ſereno vultu)i. claritate ſpũſſancti.

## Feria quarta ad veſperas.

**Eli deꝰ ſãctiſſime: ꝗ lucidũ centrũ poli: cã dore pingis igneo: augens decore lumine.**

¶ Materia huiꝰ hymni eſt laus quã conſona voce ſcꝫ corde ⁊ ope-
re tenemur deo perſoluere. ideo. ſ. ꝗa ad vtilitatẽ noſtri oĩa conſtru
xit ⁊ fecit. vt celũ ⁊ terrã ⁊ multa alia. Primo fecit celũ ⁊ terram:
poſtea mare. quarta die ſolẽ ⁊ lunã. ⁊c. Itẽ vt ad brauiũ ſue remu-
nerationis nobis pateat acceſſꝰ p̃terita ⁊ p̃ſentia dimittendo pecca
ta nos ad ſui amorẽ faciat peruenire(O ſanctiſſime deꝰ celi ꝗ pin-
gis)i. decoras(lucidũ poli centrũ)i. ſpaciũ vel punctũ poli vel zodi
acũ ꝑ quẽ ſigna decurrunt. zodias aĩal interpretatur centrũ eſt me
dietas ſpere. Hic poſuit centrũ pro celo. i. partẽ ꝑ toto igneo can-
dore. i. ſplẽdore tu dico(augens decore lumine)i. claritate. ſ. cẽtruꝫ
poli cũ pictura. ſ. ⁊ claritate ſtellarum.

**Quarto die qui flãmeã: ſolis rotã cõſtituẽs: lune miniſtrans ordinem: vagos recurſus ſyderum.**

¶ (Tu qui cõſtituẽs rotã ſolis flãmeam)i. ardentẽ quarto die. No
tandũ eſt ꝙ ꝑ quattuor dies mundꝰ ſine ſole ꝑmãſit. Prima die fa-
cta eſt angelica creatura. Scđa die celũ ⁊ aer. Tercia die terra ⁊ a
qua. Quarta die ſol ⁊ luna. Quinta die piſces ⁊ aues. Sexta die
aĩalia ⁊ hoĩes(⁊ tu es miniſtrãs)i. tribuẽs(ordinẽ lune ⁊ vagos)
i. varios(ſyderũ recurſꝰ)i. ſtellarũ motꝰ ꝗa non currũt curſu eodẽ
ſemꝑ ſtelle vel quãtũ ad planetas eſt vagꝰ curſꝰ. Aliꝰ eſt cui curſꝰ
lune. aliꝰ curſus ſolis. aliꝰ ſyderum.

UVA. BHSC. IyR_108_3

Ut noctib⁹ vel lumini: direptionis terminū: primordijs ⁊ mensiū: ſignū daret notiſſimū.

¶ Et quare (vt luna daret terminū direptionis) i. ſeparationis vel diuiſionis (noctib⁹ vel etiā lumini) i. diei (vt daret notiſſimū signū primordiis) id eſt principiis (mensiū) quia mensis habet. xxx. dies pauloplus vel minus.

Illumina cor hominū: abſterge sordes mentiū resolue culpe vinculū: euerte moles criminum.

¶ Et quia tu feciſti hec oīa (illumīa cor hominū ⁊ abſterge sordes) i. prauas cogitationes mentiū nr̄ar̄ (resolue culpe vinculū / euerte moles criminū) i. magnitudines peccator̄.

## Feria quinta ad nocturnum

Nox atra rerū contigit: terre colores omnium: nos confidentes poſcimus: te iuſte iudex cordium.

¶ Materia hui⁹ hymni eſt rogare deū: vt ip̄e caliginē mentis ac corporis a nobis expellat. Rogam⁹ etiā in hoc clemētiā dei vt nos defendat ab hoſte antiquo ⁊ expellat in intrinsecā obſcuritatē ⁊ mētis ⁊ corporis caliginē ⁊ ſui luminis claritatē concedat. Atra nox. i. diabol⁹ vel peccatū contegit. i. obtenebrat colores oīm rer̄ terre: q̄a noctis obſcuritas omīa cōtegit ⁊ colores herbarū ⁊ ceterarū rerum in ſuis p̄fundis tenebris obducit ⁊ sepelit. Sꝫ cū hoc ſit nunc q̄ lucē ſyderis habeam⁹ in mente ⁊ hoc in mediis noctib⁹. i. qn̄ mūd⁹ sedet in tenebris ⁊ pl⁹ ſemp̄ creſcūt incēdia carnis ſurgam⁹ confitentes deū. ſ. iudicē cordiū noſtror̄. Et rogam⁹ iudicē vt auferat a nobis caliginē peccator̄ ⁊ det nobis ſue gratie dulcedinē. Et ideo (cū nox atra cōtegit) i. tenebroſos reddit (colores oīm rer̄ terre nos confitentes) tibi peccata noſtra (poſcim⁹ te) i. poſcim⁹ ea q̄ ſūt vite. ſ. miam (te dico o iuſte iudex cordiū). ſ. aīar̄ noſtrar̄ ⁊ quare.

Tu auferas piacula: sordeſqꝫ mentis abluas doneſqꝫ xp̄e grām vt arceantur crimina.

¶ Ut auferas piacula) i. grauia peccata (⁊ abluas mētis sordes) i. ſuggeſtiones diabolicas q̄ pungūt nos ⁊ (o xp̄e dones gratiā) ſanctiſpūs vt (crimina arceant̄) i. expellantur ⁊ quare.

UVA. BHSC. IyR_108_3

Mēs ecce torpet impia: quā culpa mordet noxia obſcura geſtit tollere: ⁊ te redēptor querere.

¶ Dico ꝙ expellātur crimina. ⁊ quare quia (ecce mens īpia) i. peccatrix (torpet) i. pigreſſit (quā mentē culpa noxia) i. mala (mordet) i. ligatā tenet (⁊ mens geſtit) i. cupit (tollere). i. depellere a ſe (obſcura) i. peccata (⁊ geſtit te querere/o redēptor)

Repelle tu caliginem. intrinſecus ꝙ̄ maxime vt i beato gaudeat. ſe collocari lumine.

¶ Et quia geſtit te (repelle intrinſecꝰ) i. ex aīa (caliginē) i. cecitatē peccati (ꝙ̄ maxime). i. multū (vt illa mēs gaudeat ſe collocari in beato lumine) i. eterna beatitudine.

## Feria quinta ad laudes hymnꝰ

Ux ecce ſurgit aurea: pallēs fatiſcat cecitas que noſmetipōs impreceps: diu errore traxit deuio.

¶ Iſte hymnꝰ cōtinet idē cum ſuperiori hymno. ſed intētio verſus eſt hec. ſ. ne oculi peccēt. Hic ponit anapeſtꝰ pro ſpōdeo. ⁊ ſpondeꝰ ſcdo loco ponit pro iābo. Nox vſqꝫ modo texit colores terre. ſꝫ modo diſcedit ꝗa (ecce lux aurea) i. euāgelica pdicatio (ſurgit) in corda nr̄a ⁊ ideo oīs (cecitas pallēs) i. diabolus (fatiſcat) i. euaneſcat. ꝗa cecitas (traxit). i. duxit (noſmetipōs impreceps). i. in ruinā vel in precipiciū (diu) i. multum (deuio errore)

Hec lux ſerenū cōferat: puroſqꝫ nos p̄ſtet ſibi: nihil loquamur ſubdolū: voluamꝰ obſcurū nihil.

¶ Dixit ꝙ lux ſurrexit. ⁊ ideo hec lux conferat nobis ſerenū. i. virtutē ſpūſſancti ⁊ preſtet nos puros. i. donet nobis puritatē aīe ſibi i. ad honorē ſuū. ⁊ hoc ſic. vt nihil loquamur ſubdolū. i. deceptiuū. ⁊ nihil voluamꝰ obſcurū. i. nullū cogitemꝰ peccatū.

Sic tota decurrat dies: nec lingua mēdax: nec manꝰ: oculi nec peccēt lubrici: nec noxa corpꝰ inq̄net

¶ Tota dies. i. totum tēpꝰ vite noſtre decurrat ſic. vt nō loquēdo ſub dolū. nec lingua mēdax ſit. i. nec dicat mendaciū. nec manꝰ peccēt. i. non faciant aut operentur aliquid mali. nec oculi lubrici peccēt. i. videndo ⁊ concupiſcēdo illicita. nec noxa. i. culpa inquinet. i.

UVA. BHSC. IyR_108_3

non polluat corpus noſtrum .

Speculator aſtat deſup: q̄ nos diebꝰ oībus: actuſ qꝫ noſtros proſpicit . a luce prima in veſperum .

¶ Et nolite peccare quia ſpeculator . i . dominꝰ aſtat . i . proſpicit deſuper . i . de celo nos omībꝰ diebꝰ . i . quotidie ⁊ actꝰ nr̄os pſpicit . i . videt ⁊ cōſiderat a prima luce . i . a natiuitate ī veſperū vſqꝫ in noctē

## Feria quinta ad veſperas .

Magne deꝰ potētie: q̄ ex aquis ortū genꝰ: partim remittis gurgiti: partim leuas in aera

¶ In hoc hymno continetur quid deus fecit in quinto die ſcꝫ creauit piſces ⁊ aues ex aqua ⁊ ipoꝝ: que ex aqua fecit . partim immiſit gurgiti . vt piſces . parti leuauit ī aera . vt aues . Creauit quoqꝫ cete grandia benedixitqꝫ eis dicens . Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊ replete aquas maris . aueſqꝫ multiplicentur ſuper terram . Piſces ⁊ aues de aqua ſunt orti . ſed aues non comeduntur in omni tempore vt piſces . qđ ideo fit quia aues per coitum generantur . vt ⁊ nos generamꝰ qđ non eſt in piſcibus . vel quia ſunt calidioris nature . Intendit etiam auctor rogare deum vt nos qui ſumꝰ abluti ſacro baptiſmate ſic ſeruet vt neſciamꝰ lapſus criminuꝫ: ⁊ vt mala culpa nō deprimat nos . i . criminalia peccata . (O deus magne potentie qui remittis genus) id eſt piſces ⁊ aues: genus dico ortum ex aqua id ē ex aqua baptiſmatis (partim gurgiti) id eſt in mari . i . in inferno vt piſces . i . malos homines (⁊ leuas partim in aera: vt aues) id ē bonos homines . quaſi dicat . Sicut in aera aues collocaſti . ita in celo homines vel ſanctos .

Dimerſa limphis imprimens: ſubuecta celo irrogans . vt ſtirpe vna prodita . diuerſa rapiāt loca

¶ Tu dico imprimens id ē ſubmergens dimerſa . i . deorſum merſa vt piſces id eſt malos homines limphis id ē aquis infernalibus: ⁊ irrogans . id eſt ſubleuans ſubuecta id eſt furſum vecta . vt aues id eſt puros homines prodita . i . orta vna ſtirpe . i . vno baptiſmate renati rapiant id eſt accipiant diuerſa loca vt aera ⁊ aquaꝫ . i . vitam eternam . ⁊ eternam damnationem .

Largire cūctis ſeruulis: quos mundat vnda ſanguinis: neſcire lapſus criminum: nec ferre mor-



UVA: BHSC. IyR_108_3

tis tedium.

¶ Et tu qui omnia feciſti (largire) i. tribue hoc. ſ. neſcire lapſ⁹ criminum. i. caſum illum: qui in baptiſmo dimiſſus eſt cunctis ſeruulis tuis quos vnda ſãguinis tui mundat a peccato: nec pro ⁊: ⁊ nõ tribue non ferre. i. portare vel habere tediũ mortis. i. penã diaboli.

Ut culpa nullũ deprimat: nullũ leuet iactantia: eliſa mens nec cõcidat: eleuata mens nec corruat

¶ Ad hoc largire vt culpa. i. graue peccatum non deprimat. i. aggrauet vel aggrauat vllum xp̄ianum. ⁊ iactantia. i. ſuperbia de bonis non leuet. i. non extollat vllum ⁊ mens eliſa. i. ꝑcuſſa vl' vulnerata a viciis nõ cõcidat. i. nõ incidat in deſperationẽ nec pro ⁊ elata mens. i. inflata ꝑ ſupbiam non corruat in infernũ.

## Feria ſexta ad nocturnũ hymn⁹

U trinitatis vnitas: orbem potenter qui regis attende laudum cantica: qui excubantes pſallimus.

¶ In hoc hymno nos hortatur auctor de ſomno ſurgere ⁊ medelã viciorum querere. Intẽdit etiam in hoc hymno ip̄am trinitatẽ laudare vel inuocare per quam mũdus regitur. vt impleat nos ſuo lumine: vt quicquid peccauimus fraude demonum ip̄e xp̄s abſtergat celitus. O tu vnitas. i. o tu ſancte ſpiritus qui procedis a patre ⁊ a filio trinitatis vn⁹ de⁹ in trinitate qui regis. i. qui gubernas potenter. i. potentia tua orbem. i. mundum intende. i. reſpice vel auſculta laudum cantica. i. carmina hymnorum noſtrorũ q̄ cantica excubantes. i. vigilantes pſallim⁹. i. cantam⁹.

Iaȝ lectulo cõſurgim⁹: noctis q̄eto tẽpore: vt flagitemus vulnerum: a te medelam omnium.

¶ Iam cõſurgim⁹ omnes lectulo. i. deſidia. Lectus dicitur ab electis ⁊ mollibus herbis ſuper quas antiqui requieſcebant quieto tẽpore. i. in horis noctis ⁊ ad quid vt flagitem⁹. i. implorem⁹ a te medelam omniũ vulnerũ. i. indulgentiã omniũ peccatoꝝ noſtrorum.

Quo fraude q̄cquid demonũ: in noctib⁹ deliq̄m⁹ abſtergat illud celitus: tue poteſtas glorie.

UVA. BHSC. IyR_108_3

¶ Quo,ꝓ vt. ⁊ vt poteſtas glorie tue. i. tue laudis abſtergat. i. ab/ luat celitꝰ. i. diuinitus illud peccatum. ⁊ quicquid viciorum. i. pec/ catorum deliquimus. i. fraude vel deceptione demonuꝫ peccauimꝰ in noctibꝰ. i. in tenebris viciorum.

**Nec corpꝰ aſſit ſordidū: nec torpor inſtet cordiū: nec criminis cōtagio. tepeſcat ardor ſpūs.**

¶ Nec pro ⁊. ⁊,ꝓ non noſtrum corpus non ſit ſordidum. i. pollutū vel fetidum nec torpor. i. pigricia vel malicia cordium noſtroruꝫ in ſtet nobis ⁊ ardor ſpiritꝰ. i. amor vel gratia ſpūſſancti non tepeſcat id ē non deficiat in nobis contagio id eſt propter maculam vel inq̄/ nationem criminis id ē peccati.

**Ob hoc redemptor queſumꝰ: reple nos tuo lumi- ne. per quod dierū circulꝰ: nullis ruamur actibꝰ.**

¶ Ut amor tue gratie non deficiat in nobis ob hoc. i. propter hoc: o redemptor queſumus te reple nos tuo lumine. i. ſplēdore ꝑ qd̄ lu men non ruamur vllis actibꝰ id eſt non cadamus vilis peccatis cir culis dierum. i. in reuolutionibꝰ dierum.

## Feria ſexta in laudibus hymnus.

**Eterne celi gloria; beata ſpes mortalium: cel- ſi tonantis vnice. caſteqꝫ proles virginis.**

¶ Materia huius hymni eſt inuocatio ad xp̄m filium beate marie virginis vt dignetur nobis ſuam miſericordiam tribuere ⁊ dexterā porrigere vt mereamur corroborationem fidei ſpei ⁊ caritatis obti nere. O xp̄e tu dico (eterna gloria celi) i. angeloruꝫ. vel quia pater per te glorificatur (⁊ o beata ſpes mortalium) i. xp̄ianoruꝫ (⁊ o vni ce celſi tonantis). i. celeſtis patris ſcd̄m diuinitatē (⁊ o proles) id ē fili (caſte virginis) ſcd̄m humanitatem.

**Da dexteram ſurgētibus. exurgat ⁊ mens ſobria flagrāſqꝫ in laudē dei grates rependat debitas.**

¶ Da dexteram) i. auxilium tuum nobis (ſurgentibus) a viciis (⁊ ita mens noſtra ſobria) id eſt abſtinens (exurgat). ſ. ad laudem tuā (qꝫ) pro ⁊ illa (flagrans) i. ardens (in laudē) i. in cōmemorationem (dei rependat) i. ꝓſoluat (debitas grates) in hymnis ⁊ canticis deo omnipotenti.

**Ortus refulget lucifer. ſparſamqꝫ lucē nūciat ca**



UVA. BHSC. IyR_108_3

dit caligo noctium. lux ſancta nos illuminet.

¶ Lucifer) ſcꝫ ſtella matutina. i. xp̄s natus (refulget) ꝛ nūciet mū do (lucem ſparſam) i. natam ꝛ vndiqꝫ diſparſam. ꝛ vere nunciat qꝛ (caligo noctiūꝫ) i. obſcuritas diaboli (cadit) i. recedit. ꝛ ideo (lux ſā cta) i. xp̄s qui eſt lux ſanctificata (nos illuminet) lumine ſpiritusſā cti ꝛ ſanctificet nos ꝛ ſaluet nos.

Manēſqꝫ nr̄is ſenſib⁹: noctē repellat ſeculi. om niqꝫ fine dei. purgata ſeruet pectora.

¶ Ut ipſa lux manens) i. permanens in (noſtris ſenſibus) i. in no bis qui habem⁹ quinqꝫ ſenſus corporeos (repellat) a nobis (noctē) i. diabolum (ſeculi huius) i. mūdi ꝛ illa lux (ſeruet pectora) noſtra. (purgata) a viciis (omni fine diei) i. omni tēpore vite noſtre.

Queſita iamprimū fides. radicet altis ſenſibus: ſecūda ſpes cōgaudeat. qua maior extat caritas.

¶ Fides) queſita a nobis in baptiſmo (iam primum) i. cito ideo di cit primum. quia fides prima cognominatur inter virtutes in illo loco vbi dicit. fides ſpes. ꝛc. radicet. i. ponat radices (ſenſibus) no ſtris (altis) id ē profundis (fecunda fides) i. proſpera ꝑ quam ſpem ſperam⁹ vitam (congaudeat) i. ſimul letetur ꝛ creſcat (qua) ſ. ſpe ꝛ etiam fide caritas extat maior. Iuxta illud apoſtoli. Maior autēꝫ horum eſt caritas.

## Feria ſexta ad veſperas.

Plaſmator hominis de⁹: q̄ cūcta ſol⁹ ordinās humū iubes ducere reptantis: ꝛ fere genus

¶ In hoc hymno cognoſcitur illud qđ fecit deus in ſexta die crea tis ſiquidem hominibus reptilibus. ſcꝫ. piſcibus auibus ꝛ aliis be ſtiis ſexta die formauit deus adam ꝛ prefecit eum omnibus anima libus dicens. Creſcite ꝛ multiplicamini ꝛ replete terram: ꝛ domi namini piſcibus maris ꝛ volatilibus celi. ꝛ vniuerſis qui viuunt ſuper terram. Poſuitqꝫ eum in paradiſo deliciarum vt operaretur ꝛ cuſtodiret illud. Intendit itaqꝫ auctor rogare deum vt ſicut fecit hominem ſuperiorem cunctis animātib⁹ ſic faciat vt nō ſit inferior aīalib⁹ ꝓpter peccata ſua Queritur cur de⁹ hoīes creauit quos ma los futuros ꝑſciebat. q̄a ſicut ꝓuidit ꝙ mali eſſent facturi ſic etiam ꝓuidebat de malis factis eorum quid boni ipſe factur⁹ eſſet vel quid

UVA. BHSC. IyR_108_3

boni homines eſſent futuri(O deus plaſmator. id ē creator(hom-
nis)ſcꝫ ade(qui ſolꝰ ordinans cuncta)id ē diſponens(iubes produ
cere)id ē procurare permittis(humum)id ē terram. vel humuꝫ. i.
eccleſiam. ſ. bonos ⁊ malos homines. Eccleſia eſt congregatio fide-
lium(genꝰ reptantis)vt ſerpētum(⁊ fere)i. beſtiarum.

**Qui magna rerū corpora: dictu iubentis viuida:
vt ſeruiāt per ordinē: ſubdēs dediſti homini.**

¶ Et o tu deꝰ qui feciſti(dictu iubētis)id ē verbo tuo precipientis
(magna corpora)id ē iumenta pecora beſtias omnium ſpecieruꝫ di
uerſarum(viuida)id ē animata(⁊ ſubdēs)i. ſupponens illa anima
lia(dediſti homini vt ſeruiant per ordineꝫ)i. vt omīa animalia ſup-
poſita ſint homini quedam vt homines illa animalia. ſ. boues oueſ
lepores ⁊ porcos. ⁊ talia. ⁊ alia vt illis vterentur: ⁊ illa equitarent
vt equos ⁊ mulos ⁊ ſic de ceteris.

**Repelle a ſuis tuis: q̇cq̇d per immūdiciā aut mo
ribus ſe ſuggerit. aut actibus ſe interſerit.**

¶ Et o deꝰ(repelle a ſeruis tuis quicquid ſuggerit)i. infert(ſe per
immundiciam)id ē per aliquam ſuperfluitatē/culpam vel turpitu-
dinē vel per ſordidam comeſtionē(aut moribꝰ)i. per prauam conſu
etudinē. vt cum aliquis poſtq̄ incepit peccare nequit ſe abſtinere.
ſꝫ vult ſemꝑ perſeuerare(aut interſerit ſe)i. miſcet(actibꝰ). i. ope-
rationibꝰ ſcꝫ cum mala facimꝰ.

**Da gaudiorū premia: da gratiarū munera. diſſol
ue litis vincula: aſtringe pacis federa.**

¶ Da premia)i. remunerationem(gaudiorum)eternorum(da mu
nera graciarum)i. dona ſpiritusſancti(diſſolue vincula litis). i. diſ-
liga vel diſrumpe peccato odii(aſtringe)id eſt coniunge(federa pa-
cis)i. contubernia ſuperne pacis.

## Sabbato ante nocturnos hymnus

**Summe deus clementie: mundiqꝫ factor ma-
chine vnus potencialiter: trinuſqꝫ perſona-
liter.**

¶ Materia huiꝰ hymni ē cognitionē habere trinitatis in vnitate:



UVA. BHSC. IyR_108_3

⁊ vnitatis in trinitate. Intēdit etiam auctor rogare deū vt cingat lumbos noſtros cingulo caſtitatis. ⁊ adurat. i. inflāmet vel repleat corda nr̄a igne ſpūſſci. vt caſto corpore ⁊ mundo deo ſeruire merea-mur. O (deus ſūme clemētie) i. alte pietatis (⁊ o factor) i. compoſitor (machine) i. ſtructure (mundi) tu dico (vn⁹) potēcialiter. i. i potētia ſcd̄z diuinitatē (⁊ trin⁹ pſonaliter) i. trin⁹ in pſonis.

**Noſtros pius cum canticis: fletus benigne ſuſcipe: quo corde puro ſordibus. te pfruamur largi⁹.**

¶ Et tu pi⁹) ntūs, p vr̄o (ſuſcipe benigne nr̄os flet⁹) id eſt lacrimas (cum canticis) id ē cum hymnis vel laudib⁹ (quo) pro vt (fruamur te largi⁹) i. ampli⁹ ⁊ hoc (corde puro) i. mūdo (ſordib⁹). i. a viciis.

**Lūbos iecurq₃ morbidū. adure igne congruo accinti: vt ſint perpetim: luxu remoto peſſimo.**

¶ Adure). i. accēde (igne cōgruo) i. ſpūſcō (lūbos noſtros ⁊ iecur) ſ. epar morbidū ad morbū ⁊ peccatū inclinatū. Et nota q̄ hec tria. iecur. cerebrum. lūbi cogūt hoiem peccare. vt ſint accincti. i. vt lūbi ſint caſti cōtra libidinē (perpetim) i. ſemp (remoto peſſimo luxu) id ē iniquo luxu. i. remota ſit peſſima luxuria: ⁊ alia vicia ſint pcul

**Ut quiq₃ horas noctiū: nūc cōcinēdo rūpim⁹: donis beate patrie: ditemur omēs afatim.**

¶ Ut quiq₃) i. quicūq₃ concinēdo. i. pſallēdo rūpim⁹. id ē dū vigilamus. ſ. diuidim⁹ horas noctiū omēs ditemur. i. diuites efficiamur afatim. i. habūdāter beate donis patrie. i. bt̄itudie. ſ. patrie celeſtis

## Sabbato in laudibus hymnus.

**Urora iā ſpargit polū: terris dies illabitur: lucis reſultat ſpeculu₃: diſcedat oē lubricum.**

¶ Hymn⁹ iſte cōtinuat ſuperiori: ita nos rūpim⁹ horas noctium: vt nos omēs ditemur. i. diuites ſim⁹ in xp̄o. ⁊ ecce aurora. i. xp̄us iam ſpargit polū. i. illuminat corda hominū. Hortamur etiā nos: vt taliter nos habeam⁹ in hoc ſeculo vl' in mane vt ad illud vltimū mane venire poſſum⁹ ⁊ audire mereamur. ſ. Uenite benedicti patris mei. ⁊c. Nā finito mundi termino peccatores perpetuis tenebris obſcuritati tradētur. Fidelibus vero ⁊ iuſtis q̄ in hac vita non ſūt ī nocte ſ₃ i lucē gl'ia ⁊ p̄miū effluet. i. abūdāter clareſcet. ⁊ hoc ē qd̄ p̄camur (Aurora) i. xp̄s (ſpargit polū) i. illuminat mētes vel ecclēſiā (⁊ dies illabitur) i. īmergitur (terris: ⁊ ſpeculū). i. pulcritu-

UVA. BHSC. IyR_108_3

do vel aſpectu lucis. i. claritas reſultat. Et ideo omne lubricum. i. omne peccatum diſcedat a nobis.

**Fantaſma noctis decidat: mẽtis reatus ſubruat: q̃cquid tenebris horridũ nox attulit culpe cadat.**

(Fantaſma) i. fantaſia vel illuſio (noctis) i. diaboli (decidat) i. cadat. vl' ruat (reat⁹) i. culpa (mẽtis ſubruat) i. cadat a nobis (⁊ quicquid horridũ) i. deforme (culpe nox) i. diabol⁹ vel nocturna cogitatio (attulit nobis) in tenebris ſcʒ cadat a nobis

**Ut mane illud vltimũ: qđ preſtolamus cernui: in lucẽ nobis effluat: dũ hoc canore cõcrepet.**

(Ut mane illud vltimũ). i. iudiciũ futurũ vel caritas. i. aduent⁹ xp̃i (qđ mane cernui) i. inclinati (preſtolamur). i. ſperam⁹ vel ſpectam⁹ (effluat) i. eueniat (nobis in lucẽ dum hec) i. nox (concrepat) id ẽ reſonat (canore) i. cantu vel laude.

## De trinitate hymnus ad veſperas.

**Lux btã trinitas: ⁊ principalis vnitas: iã ſol recedit igneus: infũde lumẽ cordibus.**

In hoc hymno materia ſumitur circa qualitatẽ tẽporis die recedente ⁊ nocte aduenĩete. Intẽdit inuocare trinũ deũ in perſonis ⁊ trinitatẽ in vnitate vt fundat in cordibus noſtris lumẽ ſpũſſancti: vt ſimplices laudare mereamur deum. ſ. in proſperis ⁊ in aduerſis ⁊ ita concedat nobis tranſire diẽ ⁊ noctẽ ſine peccato ⁊ ſine impedimẽto ſathane ⁊ hoc eſt (O beata trinitas). i. o de⁹ (lux hominũ vel mundi vel angeloꝝ ⁊ vnitas principalis) i. q̃ habet principatũ ſuꝑ angelos (ſol) i. xp̃s (igneus recedit) a nobis iam. ⁊ ideo (infunde lumẽ). i. ſpiritumſanctum in (cordibus noſtris) id eſt ſenſibus. vt illud habere mereamur.

**Te mane laudũ carmĩe: te deprecemur veſperi: te noſtra ſimplex gloria. per cũcta laudet ſecula.**

Dico infunde ſpirituʒ ſpũm vt deprecemur te: ⁊ vt adiuues nos in principio vel mane. i. tẽpore matutino (laudum carmine) Sero mane meridie ⁊ tota die debem⁹ laudare deum: ⁊ orare ꝑ ſingulas horas. ſ. quotidie ⁊ in oĩbus horis: ⁊ in omni tẽpore. vnde ait propheta. Ueſpere ⁊ mane ⁊ meridie ⁊c. (⁊ deprecemur veſperi). i. in fine mundi (noſtra ſimplex) i. humilis (gloria laudet te ꝑ cuncta ſecula) i. ꝑ omnia ſecula. ⁊ hoc ꝑpetue. i. ſine fine.



UVA. BHSC. IyR_108_3

# Sabbato aduentus hymnus.

Conditor alme ſyderū eterna lux credentiuz xp̄e redēptor omniū exaudi preces ſupplicum.



¶ Materia hui⁹ hymni ē de aduentu criſti ꝛ de incarnatione eiuſdē quia de⁹ deſcēdens de celo ſe exinaniuit formam ſerui accipiēs ꝛ humiliauit ſe vſqꝫ ad mortē. ꝛ qualiter egreſſus eſt de honeſtiſſima clauſula virginis: tanq̄ ſponſus de thalamo ſuo cui ſponte om̄ia obediūt. ſ. terreſtria celeſtia ꝛ infernalia. Intēdit etiam rogare deum: vt ꝑ hanc incarnationē noſtras preces exaudire dignetur ꝛ a ſagitta diaboli liberare. O (conditor) qui es compoſitor (alme ſideruz) i. ſtellarū. o (eterna lux credentium) i. xp̄ianorum fidelium. o (xp̄e redemptor omnium) hominum exaudi p̄ces ſupplicū. i. humiliū tibi ſupplicātiuz.

Qui condolēs interitu: mortis perire ſeculū: ſaluaſti mundū lāguidū. donās reis remedium.

UVA. BHSC. IyR_108_3

¶ Qui condolēs. i. nobiſcum dolēs vel compatiens (ſeculum) i. ſe-
culares (perire interitu mortis) i. pena infernali (ſaluaſti) i. libera-
ſti de poteſtate dyaboli (mundū languidū) i. languentē in peccatis.
(donans remediū) i. redēptionē tui ſanguinis (reis) i. peccatorib9:

Vergēte mūdi veſpere: vti ſpōſus de thalamo: e-
greſſus honeſtiſſima: virginis matris clauſula.

¶ Vergēte mundi veſpere). i. appropinquante vel declinante fine
mundi es ſic (egreſſus ſupple vti) pro ſicut (ſponſus) egreditur (de
thalamo egreſſ9 ingꝫ ꝺ honeſtiſſima) i. ꝺ caſtiſſima (clauſula) i. clau
ſtro (virginis marie) matris tue.

Cuius forti potētie: genu flectūtur omīa celeſtia
terreſtria: fatētur nutu ſubdita.

¶ Et ideo qꝛ egreſſus es vl' quia ſaluaſti mundum (forti potētie cu
ius) id ē criſti (omnia flectuntur genu) id ē laudando ipm (celeſtia)
id ē angeli (terreſtria) id ē homines (fatentur ſubdita) id ē confiten
tur illi ſubiecta eſſe (nutu) id ē ſponte id ē ad tuam voluntatē. ⁊ qꝛ
obediūt nr̄o ſaluatori ⁊ oīa clamāt de9 me fecit. ideo te depcamur.

Te deprecamur agie: vēture iudex ſeculi: cōſerua
nos in tēpore: hoſtis a telo perfidi.

¶ Ergo qꝛ ita ē (deprecamur te o gie). i. o ſcē xp̄e (venture iudex ſe
culi) i. ad iudicium (conſerua nos in tempore). i. in hac vita (a telo
hoſtis perfidi) i. ad ſuggeſtionē diaboli q̄ ſagitta dicitur.

Laus. honor virt9. glīa. deo p̄ri ⁊ filio ſcō ſimul
paraclito. in ſempiterna ſecula amen.

¶ Et quia deus miſit filiuꝫ ſuum xp̄m vt nos redimeret. referam9
gratias ei (laus honor virt9 glīa deo patri ⁊ filio ſancto ſimul para
clito) i. conſolatori (in ſempiterna ſecula amen) i. ſine fine.

# Dominica prima aduentus ante no cturnum hymnus.

Erbū ſupernū prodiens: a patre olim exiens
qui natus orbi ſubuenis: curſu decliui tp̄is.

¶ Iſte hymn9 agit de ſupradicta materia ⁊ cōtinuatur ſupiori ita

UVA. BHSC. IyR_108_3

xp̄s egreſſus eſt de vtero virginali vti ſpõſꝰ de thalamo ſuo. ⁊ ideo
oĩa ei humiliãtur: ⁊ nõ eſt mirũ. quia ip̄e deſcẽdit de patre. i. de ce-
lo. ⁊ hoc eſt reſpõſio contra hereticos q̇ dicebant xp̄m veniſſe ſ; nõ
de patre q̇bus reſpõdendũ eſt (O ſupnum verbũ) i. dei filiꝰ (prodi-
ens) i. manifeſtans te ineffabiliter (a patre olĩ exiẽs) quando incar
natꝰ es (q̇) de matre natus (ſubuenis) i. ſuccurris (orbi) ꝓdito (cur
ſu) i. plenitudĩe (tẽporis decliui) i. proni vl' declinati ad finẽ ſeculi.

**Illumina nũc pectora. tuoq; amore cõcrema: au
dito vt p̄conio. ſint pulſa tãdem lubrica.**

¶ Et tu qui talis es (illumina nũc) in p̄ſenti tuo lumine (nr̄a pecto
ra ⁊ cõcrema) i. accẽde (tuo amore) i. tua gr̄a (vt audito p̄conio). i.
predicatioue apoſtoloꝝ: vel audito p̄conio ꝓphetaꝝ (lubrica) i. pec-
cata (ſint pulſa) a nr̄is cordibꝰ (tandẽ) ĩ fine ſepatõis corporis ⁊ aĩe

**Iudexq; cum poſt aderis: rimari facta pectoris:
reddẽs vicẽ pro abditis: iuſtiſq; regnũ ꝓ bonis.**

¶ Et o tu ſupernũ verbũ. i. o fili dei (cũ aderis). i. adfueris vel ad
ueneris (iudex poſt) i. in fine mũdi (rimari) i. experiri vel inq̇rere.
(facta pectoris) i. peccata cogitationũ. (⁊ ſis reddẽs vicẽ). i. remu-
neratiõnẽ (pro abditis) i. pro occultis peccatis ⁊ iuſtis. i. ſãctis re-
gnũ eternũ pro bonis opibꝰ q̄ in p̄n̄ti ſc̄lo opati ſunt.

**Nõ demũ arcemur malis: ꝓ qualitate crimĩs: ſed
cũ beatis cõpotes. ſimꝰ perhẽnes celibes.**

¶ Et) non arcemur) i. nõ cõſtrĩgamur (demũ) i. ad vltimũ malũ (ꝓ
qualitate criminis) i. pro magnitudine vel cumulo peccatoꝝ (ſed ſi
mus cõpotes) i. ſimul potẽtes ſimꝰ (cũ beatis) i. ſãctis (perhẽnes)
i. ꝑpetualiter. vel perhennes. i. habitatores (celorum celibes) id eſt
celeſtem vitam ducens.

## Ad laudes hymnꝰ.

**Vox clara ecce ĩtonat: obſcura queq; ĩcrepat
pellãtur eminꝰ ſomnia: ab ethere xp̄s ꝓmicat**

¶ Materia huiꝰ hymni idẽ eſt qḋ in ſupradicto hymno. Dictũ eſt
ſuperius q̄ xp̄s venit olim a patre. quia ecce vox. i. p̄dicatio xp̄i ĩto
nat. Ecce clara vox. i. iohãnes celeſtis (intonat. i. terribiliter predi
cat de nube carnis penitentiã ⁊ increpat queq; obſcura. i. oĩa vicia
vel peccata. ⁊ ideo oĩa (ſomnia) i. vana ⁊ mutua peccata pellantur

UVA. BHSC. IyR_108_3

eminus. i. longe. quia criſtus iam promicat id eſt fulget ab ethere id eſt de celo vel a diuina ſcriptura.

**Mens iã reſurgat torpida: q̃ ſorde extat ſaucia. ſydꝰ refulget iã nouũ: vt tollat omne noxium.**

¶ Et ideo (mens noſtra torpida) i. pigra reſurgat a viciis: q̃ mens (extat ſaucia) i. manet vulnerata (ſorde) i. peccato bene dicit ꝙ ſurgat mens q̃a (ſydꝰ) i. xp̃s refulget per ſpũm ſcũm (nouũ) i. de virgine natũ (vt tollat) i. vt remoueat a nobis (oẽ noxiũ) i. peccatũ.

**E ſurſũ agnꝰ mittitur: laxare gratis debitũ. omnes pro indulgẽtia: vocẽ demus cũ lacrimis.**

¶ (Agnus) i. dei filiꝰ (mittitur eſurſũ) i. de celis (laxare) i. cõdonare (debitũ) i. originale peccatũ vel penas peccati (gratis) i. dono vl' ſponte ſua ⁊ ſine aliqua remuneratione. ⁊ ideo (omẽs demꝰ vocem cũ lacrimis). i. confeſſionem peccatoruꝫ (pro indulgentia) id eſt pro remiſſione peccatorum.

**Secũdo vt cum fulſerit. mũdũqꝫ horror cinxerit. nõ pro reatu puniat. ſꝫ pius nos tũc protegat.**

¶ Bene dico demꝰ vocẽ cũ lacrimis. vt cũ ille agnꝰ (fulſerit) i. fulgens aduenerit (ſcd̃o) i. aduentu. i. in iudicio ⁊ (horror) i. pauor illius (cinxerit) i. circũdederit (mundũ) i. mundanos (nos no puniat) i. non dãnet (pro reatu) i. pro peccato (ſꝫ piꝰ) i. xp̃s propicius nobis (nos tunc protegat) i. defendat a poteſtate diaboli.

**Laus honor virtꝰ gl'a: deo p̃ri ⁊ filio ſcõ ſim. ⁊c.**

## In die circũciſiõis ad laudes hym.

**Eni redẽptor gentiũ. oſtẽde partũ virginis. miretur omne ſeculũ. talis decet partꝰ deuꝫ.**

¶ Materia huiꝰ hymni eſt inuocatio ad deũ vt veniat oſtẽdere partum virginis: ſed nõ ex virili ſemine ſed diuino ſpũ cooperante eſſe factũ ⁊ qualiter egreſſꝰ eſt a patre ⁊ regreſſꝰ ad patreꝫ. ⁊ qualiter ẽ equalis patri: ⁊ loq̃tur de p̃nti quaſi de futuro. Vel poſſumꝰ dicere ſcd̃m litteram. (Veni redẽptor gentiũ) i. oſtende te illis q̃ in mũdo habuerunt noticiã tui. hoc eſt. Veni redẽptor (O xp̃e redẽptor gentiũ) i. gentiliũ vel iudeorũ (veni) in mẽtibꝰ noſtris (⁊ oſtẽde partũ virginis) marie. ⁊ ideo (omne ſeculũ). i. ſeculares (miret. i. mirẽtur (quia talis partus decet deum. vt de ſpiritu ſãcto ⁊ maria virgine permanente.

UVA. BHSC. IyR_108_3

Nō ex virili ſemine. ſʒ miſtico ſpiramine. verbuʒ dei factuʒ eſt caro. fructuſqʒ vētris floruit.

¶ Vere talis partꝰ decet deum quia (nō ex virili ſemine ſed miſtico ſpiramine) i. ſecreto ⁊ ſancto (verbū dei) i. filius dei (factū eſt caro). i. homo. (⁊ fructus ventris) marie (floruit.) ſicut flos creſcit. vnde maria virga eſt filiꝰ eiꝰ flos.

Aluus tumeſcit virginis. clauſtra pudoris. ꝑmanēt. vexilla virtutū micāt: verſatur in tēplo deꝰ.

¶ Et ecce (aluus virginis) i. venter marie (tumeſcit) i. creſcit ⁊ tamen (clauſtra pudoris) i. virginitatis (ꝑmanēt) integra quia virginitas nō eſt violata (⁊ vexilla) ſupple (omniū virtutū). i. miracula (micāt) i. fulgent. vel virtutū quarū deꝰ eſt vexillū. i. cuſtos. ⁊ ido (deꝰ verſatur in tēplo) quia receptꝰ eſt a ſymeone vel (verſat̃ in tēplo) i. in aluo marie virginis.

Procedens de thalamo ſuo: pudoris aula regia: gemine gigas ſubſtātie. alacris vt currat viam.

¶ Criſtꝰ procedens de thalamo ſuo) i. de vtero virginis q̄a illa fuit illi lectꝰ caſtitatis. ſ. (de regia aula pudoris) i. de palacio regali exiſtens (gygas gemine ſubſtātie) i. diuinitatis ⁊ humanitatis. q̄a deus eſt ⁊ homo. Gygas dicitur eo ꝙ inſeꝑabilis ⁊ irreuocabilis ad vitā huiꝰ mundi occurrit nobis. Unde dauid. Exaltauit vt gygas ad currendā viam ſuā. ⁊c. (vt alacris currat viam). i. de hoc mundo tranſeat ad patrem.

Egreſſus eiꝰ a patre. regreſſꝰ eiꝰ ad patrē: excurſus vſqʒ ad inferos. recurſus ad ſedē dei.

¶ Egreſſus eiꝰ a patre) quādo deſcēdit in vterū virginis (regreſſꝰ eiꝰ ad patrē) quādo rediit in celū. vnde dauid. A ſūmo celo egreſſio eiꝰ ⁊ occurſus eiꝰ vſqʒ ad ſūmū eiꝰ. Et ipē ait in euāgelio. Ego veni a patre in mūdū. Iterū relinquo mūdū. ⁊ vado ad patrē (excurſus vſqʒ ad inferos) quādo deſcēdit ad inferna (recurſus ad ſedem dei) id eſt dexteram patris.

Equalis eterno patri. carnis tropheo accingere. infirma nr̄i corporis: virtute firmās perpeti.

¶ Et o tu xp̄e. (equalis coeterno patri) ſcd̄m diuinitatē (accingere tropheo) i. victoria carnis. ſ. induere carnē. quia p carnē triumphauit ſuꝑ diabolū. tu dico (firmās) i. roborās (ꝑpeti). i. ꝑhēni virtute

UVA. BHSC. IyR_108_3

(infirma) i. vitia. ſ. fragilitates (noſtri corporis) ⁊ anime.

Preſepe iā fulget tuū. lumēq; nox ſpirat nouū; ꝙ nulla nox interpellat: fideq; iugi luceat.

¶ Vere, pcedis de thalamo o tu xp̄e ꝗ a p̄ſepe tuū. i. eccleſia iā fulget virtutib⁹ ⁊ nox ſpirat: i. emittit nouū lumē. i. natū ſine peccato qđ lumē nulla nox. i. nulla obſcuritas hereticoꝝ. ꝗa heretici dicūt te non accepiſſe carnem interpellat. i. obſcuret ⁊ luceat lumē tuum iugi fide. i. aſſidua virtute.

# In die natiuitatis ante nocturnum

Chriſte redēptor gentiū: ex p̄re p̄ris vnice. ſolus ante p̄cipiū natus ineffabiliter.

¶ Materia hui⁹ hymni ē inuocatio quā facim⁹ ad xp̄ꝫ vt ſicut dignat⁹ ē accipere carnē humanā ⁊ illā ſibi vnire. ita p̄ces noſtras exaudire digneť ⁊ nos a peccatis liberare. O xp̄e redēptor gentiū vel oīm ꝗa oēs gētes redemiſtis tuo ſāguine. ⁊ o tu vnice. i. o tu vnigenite patris ex patre, pcedēs tu dico ſol⁹ nat⁹ ineffabiliter ſcđm diuinitatē. vñ ait ſcriptura. Generatōnē ei⁹ ꝗs enarrabit ante p̄cipiū id ē ante mundi conſtitutionē.

Tu lumē tu ſplēdor p̄ris. tu ſpes perhēnis oīm. intēde quas fūdunt p̄ces: tui per orbē famuli.

¶ O xp̄e tu es lumē ⁊ ſplēdor patris ꝗa ꝑ te pater innotuit mūdo tu es ꝑhēnis. i. ꝑpetua ſpes oīꝫ intēde. i. exaudi p̄ces quas famuli tui fūdūt ꝑ orbē. i. ꝑ oēs gēteſ ꝗ ꝑ vniuerſū orbē orāt aſſidue apđ te

Memēto ſalutis auctor: qđ nr̄i quondā corporiſ ex illibata virgine naſcēdo formā ſūpſeris.

¶ Dico ꝙ debes ad p̄ces nr̄as intēdere ꝗa aſſūpſiſti humanā carnē O auctor nr̄e ſalutis. i. redēptionis memēto. i. recordare. ꝗa ſūpſeris quōdam. i. in tp̄e formam. i. ſimilitudinē nr̄i corporis ex virgiē illibata. i. intacta. ꝗa añ partū ⁊ poſt ꝑtū ⁊ in partu virgo ꝑmāſit.

Sic p̄ſens teſtať dies: currēs per anni circuluꝫ ꝙ ſolus a ſede patris. mūdi ſalus adueneris.

¶ Preſens dies. i. natiuitatis teſtať ſic ita currēs ꝑ anni circuluꝫ i. ꝑ vnūquēq; annū. ꝗa tu ſol⁹ adueneris exiſtēs ſal⁹ mundi a ſede patris. i. veniens de celo operat⁹ es ſalutē in medio terre.

UVA. BHSC. IyR_108_3

Hunc celū terra hūc mare. hūc omne qd in eis eſt auctorē aduentus tui: laudat exultās cātico.

¶ Hunc. i. diē vel auctorē celum. i. celeſtes. vel ſtelle ꝑ celum ſtella q̄ apparuit magis. i. trib9 regib9 vel angeli intelligūtur q̄ paſtorib9 cū nimio gaudio dixerūt glā in excelſis deo. Et per mare tyrānos. vel q̄a mare ſe ꝓbuit calcabile ipi deo. terra. i. terrena poteſtas vel paſtores hūc mare. q̄a magi nauigio venerūt ⁊ omne qd in eis eſt. ſ. in celo ⁊ in terra laudat hunc auctorē. i. deū vel patrē tui aduentus omne dico exultās cum cantico id eſt hymno.

Nos quoqꝫ q̄ ſācto tuo redēpti ſanguine ſumus ob diē natalis tui: hymnū nouū cōcinimus.

¶ Et nō ſolū terra ⁊ mare laudāt te ſꝫ etiā nos quoqꝫ. i. ſimiliter q̄ ſumus redēpti tuo ſcō ſanguine cōcinim9. i. canim9 nouū hymnum. i. nouā laudē ob diē. i. propter diē natal' tui.

# De natiuitate hymnus.




Solis ortu cardine ad vſqꝫ terre limitē chriſtum canamus principeꝫ natū maria virgine.

In hoc hymno agit de incarnatione domini ⁊ de natiuitate quomodo puerpera enixa eſt xp̄m q̄ nō horruit ſtabulum ⁊ preſepe. Et ſic continuatur ſupe

UVA. BHSC. IyR_108_3

riori. Dixi ꝙ celū terra mare ⁊ omne qđ ī eis eſt laudat eū ꝑ̄cipē
⁊ vere ꝗa ab ortu ſolis vſqꝫ ad occaſū vniuerſꝰ orbis canit deum. i.
laudat. vł aliter dico ꝙ eiꝰ ꝓ̄ſepe iaꝫ fulget nouo lumīe. ⁊ ideo cana
mus ip̄m natū de maria virgine principem mundi a ſolis ortu vſqꝫ
ad occaſum. A ſolis ortu cardine. i. ab origine mundi. vel (ſolis). ſ.
ab oriente ſolis (vſqꝫ ad limiteꝫ terre) i. vſqꝫ ad occidentē (canamꝰ)
id ē laudemꝰ (xp̄m deuꝫ) i. principē criſtū dico (natum de maria vir
gine) vel (natum) i. filium marie virginis.

**Beatꝰ auctor ſeculi: ſeruile corpꝰ induit: vt car-
ne carnē liberās: ne perderet quos condidit.**

¶ Bene dico ꝙ debemꝰ laudare deū quia (beatꝰ auctor) i. factor (ſe
culi induit) i. aſſumpſit (ſeruile corpꝰ) i. formā ſerui ⁊ conditor car
nis noſtre (liberās carnē) noſtrā (carne) ſua ꝗa formā hoīs aſſumē
do carnem noſtram liberauit. ⁊ quare (ne perderet) homines (quos
condidit) id eſt creauit.

**Caſte parētis viſcera. celeſtis intrat gr̄a: venter
puelle baiulat: ſecreta q̄ nō nouerat.**

¶ Et vere induitur ꝗa (gr̄a celeſtis) ip̄e xp̄s (intrat viſcera caſte pa
rentis) i. matris ⁊ ſic (venter puelle baiulat) id eſt portat (ſecreta)
.ſ. celeſtia (que non nouerat) ante conceptionē.

**Domꝰ pudici pectoris: templū repēte fit dei: in-
tacta nesciēs virū. verbo cōcepit filium.**

¶ Et vere baiulat ſecreta q̄ nō nouerat. ꝗa (domꝰ) id ē aluus (pec
toris) marie (pudici) i. caſti (fit tēplum dei) i. domꝰ dei (repēte) id ē
cito (domꝰ dico intacta neſciēs virum) ꝑ carnis cōmixtionem (cōce
pit) i. portauit (filium) i. xp̄m ⁊ hoc verbo operante. ſ. virtute ſp̄ūſ
ſancti. vel verbo. i. poſt verbū quod gabriel predixerat ip̄m naſcitu
rum. vnde dicitur. Ecce concipies ⁊ paries filium. ⁊c.

**Enixa eſt puerpera: quē gabriel predixerat. queꝫ
matris aluo geſtiēs: clauſus iohānes ſenſerat.**

¶ Dico ꝙ concepit ⁊ vere ꝗa (puerpera) i. maria pariens puerum
(enixa eſt) i. peperit filiū (quē gabriel p̄dixerat) naſciturum (⁊ quē
iohannes clauſus aluo matris. ſ. eliſabeth (ſenſerat) id eſt cognoue
rat (geſtiens) id eſt gaudens.

**Feno iacere pertulit. ꝓ̄ſepe nō abhorruit: paruo
qꝫ lacte paſtus eſt: ꝑ quē nec ales eſurit.**

¶ Jd non ꝑtulit vel patitur famē. ⁊ ip̄e puer. i. xp̄s (pertulit. id eſt

UVA. BHSC. IyR_108_3

paſſ⁹ eſt. iacere vel poni(feno) preſepis(p̃ſepe etiam nõ abhorruit)
.i. refutauit vel repudiauit(p̃ſepe)i. ſtabulũ(qꝫ)p ꝛ(ꝛ paſt⁹ eſt) i.
nutrit⁹(paruo lacte virginis ꝑ quẽ)ſ. xp̃m(ales).i. nutrix maria a
qua nutriebatur ip̃e criſt⁹(non eſurit)i. non patit̃ famẽ maria eni͂
xp̃m portabat. ꝛ criſt⁹ eam regebat. ꝛ quẽ celũm ꝛ terra capere nõ
potuit alu⁹ beate virginis portauit.

**Gaudet chor⁹ celeſtiũ: ꝛ angeli canũt deo palam
qꝫ fit paſtorib⁹. paſtor creator omnium.**

¶ Et q̃a nat⁹ eſt(chor⁹)i. ſocietas(celeſtiũ).i. ſpirituuꝫ(gaudet) ꝛ
angeli)i. throni ꝛ dñationes p̃cipat⁹ ꝛ poteſtates. ꝛ ſic de ceteris
(canunt deo)gloriã(ꝛ paſtor)i. creator omniũ(fit palã)i. not⁹ ꝛ na
tiuitas ſua fit cognita ꝛ nũciata(paſtorib⁹)iuxta turrim abnã iux-
ta quẽ locum paſtores pro cõſuetudine aderãt. ꝛ erat illa planicies
apta paſtorib⁹ illi⁹ regionis.

# De natiuitate ad matutinas.

**Nunciũ vobis fero: de ſupnis nat⁹ ẽ xp̃s dña-
tor orbis ĩ bethleẽ iude ſic eni͂ ꝓpheta dixerat
ante:**

¶ Materia hui⁹ hymni eſt p̃paratio gaudii de natiuitate xp̃i redẽ-
ptoris. ꝛ gaudiũ annunciatũ eſt nobis ꝑ angelũ apparentẽ ꝛ paſto
rib⁹ in via dicentẽ. Annũcio vobis gaudiũ magnũ ꝛc. Cui⁹ natiui-
tatis hec ſigna ꝛ miracula ſecuta ſũt. ſ. ſtella q̃ apparuit magis q̃-
rẽtib⁹ deũ que duxit eos preuia vſqꝫ ad ip̃m. In cui⁹ natiuitate he
rodes ꝛ q̃libꝫ mal⁹ confunditur vel doctrina mala ꝛ ꝑniciositas ſi-
ne malicia tẽporis eo naſcẽte ceſſauerit. ſcꝫ ydoloꝝ cultura ꝛ ſacrifi
cia vana ſeditiones ꝛ bella. q̃a in natiuitate xp̃i pax fuit per vniuer
ſum orbem. Et vox angeli loquẽtis(fero)i. affero(nunciũ vobis d
ſupernis)i. de celo(criſt⁹ dico dñator orbis fili⁹ dei nat⁹ eſt in beth
leem iude)i. in ciuitate illa que forte accidit tribui iude(eni͂)pro q̃a
(propheta)p̃dixerat. i. prophetauerat ſic futurũ eſſe.

**Hũc canit letus chorus. angelorũ ſtella declarat
veniunt eoy principes dignum celebrare cultum:
miſtica dona.**

¶ Chor⁹ angelorũ canit hũc)ſ. xp̃m chor⁹ dico(lect⁹) ꝛ exultans ꝛ
laudans deum(ſtella)q̃ ducit magos. i. ſapientes(declarat)i. mani
feſtat eis ſaluatorẽ(eoy)i. orientales(principes). i. reges(veniunt
celebrare)i. honorare deũ. ſ.(dignũ cultũ) ꝛ offerre(miſtica dona)
deo.

UVA. BHSC. IyR_108_3

Thus deo mirrham trocletem human do bracteas regi criſeas decenti dū colūt vnum meminere trino tres dare terna.

Iſti tres reges meminere.i.in memoriā habuerūt afferre tria munera.ſ.aurū.thus.ꝛ mirrhā(Et meminere dare)i.offerre(deo thus ꝛ mirrhā trocletē).i.rotundam q̄ eſt arbor ita dicta a loco vbi naſcit̄ ꝛ habꝫ aureum colorē.ꝛ declinat̄ hec trocletis huiꝰ.tis.(humando) quia mortalis erat.ꝛ meminere deo offerre(bracteas criſeas)i.laminas aureas.q̄a criſis grece.idē ē ꝙ aurū latine(regi decēti)i.xp̄o(dū colunt)i.venerātur(vnuꝫ deū)ꝛ meminere dare tua munera illi(trino)i.trinitati.q̄a vnū ſunt pater ꝛ filiꝰ ꝛ ſpūſſanctꝰ.

Gloriā trine monadi:canamꝰ cuꝫ deo diue.genite qꝫ ꝓli flamini:ſācto ab vtroqꝫ fuſo:corde fideli.

Gloriā canamꝰ monadi)i.vnitati(trine)cuꝫ deo(ꝛ ſpūſcō fuſo ab vtroqꝫ)vel(trine monadi)i.deo q̄ eſt triūꝰ in ꝑſonis ꝛ vnꝰ in eſſentia dicitur enim hec monas huiꝰ monadis(ꝛ canamꝰ proli diue).i.genite a patre(cū deo patre)ꝛ nō tantū canamꝰ patri.ſed etiam(flāmini).i.ſpūi(ſancto fuſo)i.prodeunte(ab vtroqꝫ).

# In die epiphanie.

Oſtis herodes impie:xp̄ꝫ venire q̄d times:nō eripit mortalia.q̄ regna dat celeſtia.

Materia huiꝰ hymni ē cōclamatio quā facimꝰ cōtra herodē q̄ audita natiuitate xp̄i amittere regnū timuit.Ideoqꝫ mltos pueros īterfecit.Intētio auctoris ē tractare de tribꝰ miraculis die epiphanie factis.ſ.de magoꝝ apparitiōe de aqua in vinū cōuerſa.ꝛ de xp̄i baptiſmate.Et nota ꝙ hymnꝰ iſte continuatur ſupiori.ita dixi ꝙ xp̄s natuſ eſt ꝛ ꝑtulit iacere in feno.vñ herodes de natiuitate eiꝰ iratus occidit multos pueros timēs ne amitteret regnum.ſed non deberet.q̄a ille q̄ rex eſt regum ꝛ dn̄s dominantium non venit ei:vt ei regnū auferret.ſed totum mundum in tanto crimine inuolutum a peccatis liberaret (O impie herodes hoſtis quid)i.cur(times venire xp̄m ipſe non eripit mortalia qui regna dat celeſtia)

Ibāt magi quā viderāt ſtellā ſequētem preuiā:lumē requirūt lumine:deū fatentur munere.



UVA. BHSC. IyR_108_3

Magi ibāt) q̄ſitum xp̄m ⁊ adorare eū (ſequē tes ſtellā p̄uiā) i. precedētē (quā viderant) ⁊ req̄runt (lumē). i. xp̄m (lumine) i. ſtella (⁊ fatētur deū munere). ſ. thure. auro. ⁊ mirrba.



Lauacra puri gurgitis: celeſtis agnus attigit: peccata que nō detulit nos abluēdo ſuſtulit

Celeſtis agn⁹) i. xp̄s (attigit) i. ſuſcepit (lauacra) i. baptiſmū (puri gurgitis) i. iordani (⁊ ſuſtulit) i. abſtulit a nobis (abluendo) nos ꝑ baptiſmum (peccata que non detulit). i. ſecum nō portauit quia immunis erat abſq̧ peccato.

Nouū genus potēcie: aque rubeſcunt ydrie vinūq̧ iuſſa fūdere: mutauit vnda originē.

Et ideo dico (nouum) id ē inauditum (genus potentie ydrie rubeſcunt) id ē flaueſcunt. ſ. (aque) intromiſſe. ponit enim continens pro contento. ⁊ (vnda) id ē aqua (iuſſa fundere vinum mutauit originez) id ē naturam precepto dei.

## De ſancta maria.

Ue maris ſtella: dei mater alma: atq̧ ſemper virgo: felix celi porta.

Materia huius hymni eſt ſalutatio ab angelo facta ſic dicente.

UVA. BHSC. IyR_108_3

Aue gratia ple/
na dominꝰ tecū
que virtute altiſ
ſimi obumbrata
fuit ⁊ ſolo verbo
concepit. Inten
dit etiam auctor
ipam mariaꝫ in
uocare vt nomē
eue ꝑ quā mors
intrauit mutet:
⁊ vt ſoluat vīcu
la peccatoꝝ ⁊ ꝓ/
ſtet nobis vitaꝫ
eternam a cūctiſ
reatibus abſolu
tis. Hinc etiaꝫ
laudare nos hor
tatur ⁊ glorifica
re hūc diē prop/
ter hoc ꝙ euaſi/
mus de domo di
aboli ⁊ venimꝰ



potius ꝑ fidem ⁊ ꝑ gratiā dei ad ipam ⁊ dicit hoc ꝑ ſimile ⁊ facit ꝑ cō
paratione. Sicut eni ſtella pſtat ducatuꝫ nautis vt veniāt ad portum
ita ducatu virginis marie venimus ad portū. i. ad xpm (O ſtella ma
ris) i. mundi (aue) i. ſalue (o alma) i. ſācta mater dei atqꝫ aue (ſemp)
i. eternaliter (virgo) quia ante partū ⁊ in partu ⁊ poſt partū (o porta
felix celi aue). i. ſalue.

**Sumens illud aue: gabrielis ore: funda nos in pa=
ce mutans nomen eue.**

¶Et ꝗa tu es (ſumēs illud aue) i. ad ſalutatōnem que fertur ab (ore
gabrielis funda nos in pace) i. in eterna beatitudine tu dico (mutans
nomen eue) i. aue id eſt maledictionem eue in vitam eternam id eſt in
tuam benedictionem.

**Solue vincla reis: profer lumen cecis: mala noſtra
pelle, bona cuncta poſce.**

¶Et ꝗa tu es virgo ſcā es ſtella maris. ⁊ quia mutaſti nomē eue. i.
maledictōnē eue deleſti ⁊ dediſti nobis bn̄dictōnē ⁊ ꝯfudiſti mortē ⁊



UVA. BHSC. IyR_108_3

dediſti nobis vitã ꝑpetuã. iõ (ſolue vĩcla) i. ligamẽta pctĩ hũani (reis) i. peccatoꝛib⁹ (ꝛ ꝓfer) i. tribue (lumẽ cecis) i. ĩfidelib⁹ (ꝛ pelle) i. abice a nobis (mala nr̃a ꝛ poſce) i. poſtula a filio tuo (cuncta bona)

Mõſtra te eſſe matrẽ: ſumat ꝑ te p̃ces: qui pꝛo nobis natus: tulit eſſe tuus.

¶ (Mõſtra te eſſe matrẽ) i. oſtẽde te placando filium tuum: ꝛ filius tuus (ſumat pꝛeces) tuas (per te) filius dico ille (qui tulit) i. ſuſtinuit (eſſe tuus natus pꝛo nobis) vt nos ſaluaret.

Virgo ſingularis: inter omẽs mitis. nos culpis ſolutos. mites fac ꝛ caſtos.

¶ Et quia ſuſtinuit eſſe filius tuus: ideo/o virgo ſingularis q̃a nulla ſimilis ẽ tibi. q̃a poſt partum virgo in partu virgo: ꝛ ante partũ. mitis inter omnes alias mulieres. ꝛ o virgo caſtitatis mater fac nos ſolutos a culpis ꝛ fac nos mites. i. manſuetos ꝛ caſtos ſcilicet in coꝛpore ꝛ in anima fac nos mundos.

Vitam preſta puram. iter para tutum. vt vidẽtes ihũm ſemper colletemur.

¶ Et quia mater es caſtitatis ꝛ ſuauitatis/o virgo p̃ſta. i. dona vitaꝫ purã nobis: ꝛ para. i. tribue iter tutũ. vt vidẽtes ihũm filium tuum ſemꝑ colletemur. i. gaudeamus in eo. ſ. in p̃nti ei laudes ꝑſoluẽtes. ꝛ in futuro eum plenius ꝛ perfectius cognoſcentes gaudeam⁹ ꝛ exultemus cum domino noſtro filio tuo.

Sit laus deo patri: ſũmo xp̃o decus. ſpiritui ſãcto. trinus honoꝛ vnus Amen.

¶ Et q̃a deſcẽdit domin⁹ noſter in vterũ virginis. ideo laus. i. gloꝛia ſit deo patri. decus honoꝛ ſit ſũmo xp̃o excelſo ꝛ ſp̃ui ſancto ſit honoꝛ trinus ꝓpter trinitatẽ perſonaꝝ ꝛ vnus ꝓpter vnitatẽ eſſentie vl̕ vn⁹ honoꝛ ſit trin⁹. i. patri ꝛ filio ꝛ ſpiritui ſancto amẽ.

## Idem de ſancta maria.

Quem terra pontus ethera: colunt adoꝛant p̃dicant: trinam regentem machinam: clauſtruꝫ marie baiulat.

¶ Intẽtio hui⁹ hymni ẽ ꝙ auctoꝛ vult oſtẽdere hoc qđ ꝓphete de xp̃o nũciauerũt in genitrice dei maria eſſe cõpletũ. oñdit ſimil̕r qual̕r clauſtrũ marie baiulat xp̃m. Et nota ꝙ de⁹ fecit hominẽ ꝛ poſuit eũ ĩ pa-

UVA. BHSC. IyR_108_3

radiſo terreſtri: ⁊ precepit ei ne comederet de ligno vite. i. dˀ pomo qdˀ erat i medio paradiſi ſʒ diabolo ſuadēte eue. ⁊ eua poſtmodū ade ſimi liter ſuadēte ambo comedētes. ⁊ ſic diabolo placētes mortaliter pecca uerūt. ⁊ poſt peccatū tāte corruptōis de paradiſo ſtatiʒ a dn̄o eiecti ſe nudos eſſe cognouerūt. Vidēs ergo deꝰ ꝙ aliter non poſſet redimere genꝰ humanū niſi ꝑ feminaʒ in vterū virginis filiū ſuū deſtinauit. ⁊ incarnari voluit ꝑ quē ſumꝰ redēpti ⁊ a peccato liberati. vnde grates reddere tenemur. Dictū ē ſupiꝰ ꝙ maria ſtella maris ē mater dei. eſt etiā quē celū ⁊ t͂ra cape nō poterāt tn̄ clauſtrū marie eū baiulat. Con ſtrue (clauſtrū) i. vēter beate (marie baiulat) illū deū (quē regēteʒ tri nam machinā) mūdi. ſ. celū terram mare vel (machinā) i. aīe cōcupiſ cibilitatē rationabilitatē ſenſualitatē (quē) ſ. xp̄m (terra) i. boni (pon tus) i. mali (ethera) i. celeſtes (colūt) i. honorant (adorant). i. cōmen dant (predicant). i. nunciant.

**Cui luna ſol ⁊ oīa deſeruiūt ꝑ tēpora: perfuſa celi gratia. geſtant puelle viſcera.**

¶ Dico ꝙ celum. i. celeſtes. terra. i. terreni ⁊ omnia ſiue celeſtia ſiue terreſtria laudant. i. adorant illū quē celū ⁊ terra capere nō poterāt. ⁊ vere q̄a (viſcera puelle) i. beate marie (ꝑfuſa) i. repleta (gr̄a celi). i. rore celeſti geſtāt xp̄ʒ (cui) ſ. xp̄o (luna) i. variatio lune. i. (ſol) i curſu ſuo (⁊ oīa deſeruiūt) i. famulātur (ꝑ tēpora) i. tēporaliter.

**Beata mater munere. cuiꝰ ſupnꝰ artifex. mūdum pugillo cōtinens. vētris ſub archa clauſus eſt.**

¶ Et quia tulit xp̄m poſſumꝰ dicere ꝙ eſt (beata mater munere) i. do nis filii (ſub archa) i. circumdatione ⁊ ſecreto (vētris cuiꝰ). ſ. matris (ſupnꝰ artifex) i. celeſtis creator (clauſꝰ eſt) ille dico (continēs mun dū) i. vniuerſitatē omniū rerū (pugillo) i. in diſpoſitione.

**Beata celi nūcio fecūda ſancto ſpū: deſideratꝰ gē tibus. cuius per aluum fuſus eſt.**

¶ Et quia ſupernus artifex clauſꝰ eſt ſub pectore virginis marie poſ ſumꝰ dicere ꝙ virgo maria ſit (beata nuncio celi) i. angelica ſalutatio ne. maria dico (fecūda) i. fertilis ſpirituſancto (ꝑ aluuʒ cuiꝰ) i. marie (fuſus eſt) id eſt miſſus ⁊ natus eſt de virgine maria deſideratus a iu deis ⁊ gentibus. ſ. criſtus.

## Idem de ſancta maria



UVA. BHSC. IyR_108_3

Glorio
ſa domi
na excelſa ſu
pra ſidera q̄
te creauit ꝓ
uide: lacta=
ſti ſacro vbe
re.



¶Materia hu
ius hymni eſt ꝙ
maria pepit ſal/
uatorē. ⁊ q̄a deꝰ
contulit ei tātaꝫ
grām ꝙ peperit
ſaluatorem. ꝛc.
facit auctor apo
ſtropham. i. con
uerſionē ſermo/
nis q̄a deꝰ cōtu
lit ei tantā grāꝫ
ꝙ peperit ſalua/
torē conuertit ſermonē ſuum ad ipam oſtendēdo eam eſſe glorioſaꝫ di/
cens. (O glorioſa dn̄a excelſa ſup̄ ſydera) i. o ſponſa dn̄i maria (excel
ſa) i. alta (ſupra ſydera) i. in ſūmo celo vbi non eſt aliqua vis vētoruꝫ
(tu lactas ſacro vbere illū qui te creauit prouide) i. ſua ſapientia.

**Quod eua triſtis abſtulit: tu reddis almo germīe:
intrēt vt aſtra flebiles. celi feneſtra facta es.**

¶Tu reddis. i. reſtituis almo germine. i. ſancto filio tuo illud. ſ. pa/
radiſuꝫ qđ eua triſtis. i. miſera abſtulit a nobis. ⁊ es facta feneſtra ce
li. i. xp̄i. vt flebiles. i. flētes peccata ſua intrēt aſtra. i. celos.

**Tu regis alti ianua: ⁊ porta lucis fulgida. vitā da
tam per virginē. gentes redempte plaudite.**

¶Dico ꝙ homines flētes ſua peccata intrāt celos. ⁊ vere q̄a facta es
ianua. i. hoſtiū alti regis fulgida. i. ſplēdida porta lucis. i. xp̄i: ⁊ o gē/
tes redēpte. ſ. a xp̄o plaudite. i. gaudete vitā eſſe datā p̄ virginē. ſ. ma
riam.

UVA. BHSC. IyR_108_3

# In purificatione marie hymnus.



Uod cho= rus vatū ve nerādus o= lim ſpūſanc to cecinit re plet⁹. in dei factuz geni trice cōſtat eſſe maria.

¶ In hoc hym= no agit auctor ꝺ natiuitate xpi. ⁊ qualiter debet eſſe completū in maria qꝺ ꝓphe= te nūciauerunt: ꝙ concepit ⁊ pe perit filium ⁊ ſymeon gauiſus ſuſcepit eum in templo. Dicimus er= go ꝙ ꝓphete ſenſerunt de aduentu ⁊ de natiuitate chriſti. Iſayas enim dicit. In medio duum aīalium cognoſceris. i. inter bouē ⁊ aſi= num. ⁊ alibi. Egredieť virga de radice ieſſe. ⁊ Abacuc ſenciens de cri ſto ſimiliter ait. In medio duum aīalium ⁊c. Multi ꝓphete annū= ciauerūt ⁊ ꝓphetauerūt de xpo hoc totū completuz eſt in maria: q̄a nat⁹ baptizat⁹ crucifix⁹ ⁊ ī tēplo ꝑſentat⁹ ⁊ a iuſto ſymeone ⁊ ab an= na vidua ſuſcept⁹ vn̄ a ꝑſonis illis q̄ dn̄o obuiauerunt dictū eſt feſtuz illud in quo hymn⁹ iſte cātatur ypapāti dn̄i. i. obuiatio Cōſtructio ꝙ chor⁹ vatum. i. excercit⁹ ꝓphetarū. ſ. dauid ⁊ alioꝝ chor⁹ dico ve nerād⁹ cōcinit. i. ꝓphetauit olim replet⁹. i. adimplet⁹ ſpūſcō cōſtat . i. manifeſtū eſt eſſe factū. i. cōpletum in maria genitrice dei.

**Hec deū celiq̃z dn̄mq̃z terre virgo cōcepit: peperit q̃z virgo: atq̃z poſt partū: meruit manere īuiolata**

¶ Et vere conſtat eſſe factum quia. ſ. beata virgo cōcepit dominū. i.



UVA. BHSC. IyR_108_3

criſtum deum celi ꝛ terre. ꝛ virgo.i.maria peper it illum quē geſſit vł concepit.i.portauit atqꝫ pro ꝛ meruit inuiolata manere .id eſt manſ ſit incorrupta poſt partum.

**Quē ſenex iuſtus ſymeō in vlnis.i domo ſūpſit dn̄i gauiſus.hoc qđ optauit ꝓprio videre: lumie xp̄m**

Quē.i.criſtum ſymeon iuſtus ꝛ ſenex.i.ſymeon annoſus ſacerdoſ ſumpſit.i.ſuſcepit in vlnis.i.in brachiis ſuis in domo.i.in tēplo do mini gauiſus.i.letus videre ſuo proprio lumine quod optauit.ſ.cri ſtum qđ optauit p multa tēpora.vel ſi textus habeat ob hoc optatum proprio videret lumie xp̄e.Cōſtrue ſic ob hoc ergo qđ videret proprio lumine.ſ.oculis carnalibus criſtum optatum quē diu anteꝙ morere tur videre deſiderauit.

**Tu libēs votis.petimꝰ precātū:regis eterni. geni trix faueto claraqꝫ celſi:renitēs olīpi.regna petiſti**

O tu genitrix.i.mater eterni regis.ſ.xp̄i q̄ caret principio ꝛ fine petimꝰ te faueto.i.concede votis.i.precibꝰ precātū.i.famuloꝝ libēs .i.libēter qꝫ pro ꝛ: ꝛ tu retinēs.i.ſplendens petiſti.i.accepiſti vel ac ceſſiſti clara regna olimpi celſi.i.alti celi.vel ſic ꝛ clara ꝛ retinēs pe tiſti.i.accepiſti regna celſi olimpi.

**Sit deo nr̄o:decus ꝛ poteſtas. ſit ſalus perpes ſit honor perhēnis.qui poli ſumma.reſidet in arce tri nus ꝛ vnus. Amen.**

Decꝰ ꝛ poteſtas ſit deo nr̄o perpes ſalꝰ vł laus.i.ꝑpetua glía ſit il li ꝛ ꝑhēnis honor ſit illi.i.deo nr̄o q̄ reſidet in ſūma arce poli.i:in al titudine celi trinꝰ in pſonis ꝛ vnꝰ in ſubſtātia.

## In aſſumptione btē marie hymnus.

**Quā glorifica:luce choruſcas:ſtirpis dauiti- ce.regia proles:ſublimis reſidēs virgo maria: ſupra celigenas etheris omnes.**

Hoc metrū ē tetrametrū ſūt hic quattuor verſꝰ ꝛ vno quoqꝫ coꝝ ſūt quattuor pedes quoꝝ pmꝰ ē ſpōdeꝰ.ſcđs iābꝰ.terciꝰ dactilꝰ.quar tꝰ ſpōdeꝰ ſiue trocheꝰ.Materia huiꝰ hymni ē duplex cōmēdatio ipiꝰ marie:tā a gn̄e ꝙ a meritis cōmēdatio a genere ē q̄a ipa ē đ regia ſtir pe.ſ.dauid.Cōmēdatio a meritis ē q̄a ipa peperit xp̄m ſaluatorē nr̄ꝫ cātat hymnꝰ iſte i trāſitu btē marie q̄liter trāſiuit đ hoc mūdo ad pa trē vł ſi mauis dicere qualr̄ i aſſūptione ſpūs eaꝫ aſſumpſit. Utrum aſſūpta fuerit cū corpore :an ſine corpore dubitat.ſꝫ melius ē vt eam

UVA. BHSC. IyR_108_3



credamus aſſūp
tā cū corpore O
regia,ples ſtirpiſ
dauitice /o ma/
ria q̄ es ramus
ipi⁹ dauid. Ipe
enī fuit quercuſ
a qua rami pro/
cedūt. ꝛ tu es ra
mus ꝛ ſtirps ꝛ
ꝓles q̄ ponūtur
ꝓ eodē. ſꝫ nō idē
ſignificat ē eniꝫ
ꝓles qꝺ aliunde
habꝫ īitiū ſtirpſ
idē ē ꝗ truncus
a quo ramus ve
lud a patre fili⁹
ꝓcedit(O ꝗ̄)i.
ꝗ̄tū glīficat(lu/
ce)i. glīoſa(cho
ruſcas)i. ſplēdi
da parēs o virgo
maria tu dico ſublimis. i. in ſublimi. ſ. in celo tu ſ es(reſidēs). i. ſedes
ſup omnes etheris celigenas. i. ſup angelos genitos ī celo. quia in ce/
lo fuerunt creati angeli a deo,

Tu cum virgineo mater honore: angelorū dn̄o pec
toris aulam ſacris viſceribus caſta paraſti. natus
hinc deus eſt corpore xp̄s.

C O maria(mater cū virgineo honore)hoc ē exiſtēs mater ꝛ virgo:
tu virgo inq̄(caſta paraſti aulā pectoris)i. pectus tuū(dn̄o)ꝛ q̄a pa/
raſti viſcera tā mundata. ꝛ ideo(hinc)i. ex illis viſceribus nat⁹ ē cri/
ſtus deus)i. dignatus ē naſci(corpore)i. ꝗ̄tum ad corpus. q̄a huma/
nitatē ſumpſit in te.

Quē cunctus venerās orbis adorat cui nūc rite ge
nu flectitur omne a quo nos petim⁹ te veniēte abie
ctis tenebris gaudia lucis.

C Quem cunctus venerās orbis adorat)i. quem oēs hoīes veneran
tur ꝛ adorant(cui)i. ad honorē cuius(omne genu flectitur)i. omnes

UVA. BHSC. IyR_108_3

flectũt genua (a quo). ſ. xp̃o (nos petimus te veniẽte) i. te intercedẽte (gaudia lucis eterne abiectis tenebris) i. peccatis remotis a nobis.

**Hoc largire pater luminis omis natum per propri um flamine ſacro qui tecum nitida viuit in ethera: regnãs ac moderans ſecula cũcta. Amen**

¶ Supiꝰ fecit auctor apoſtrophã ad beatã mariã ꝫ in hoc loco ad patrẽ vt ipſe dignetur nobis dare q̃ predicta ſunt dicẽs. (O pater lumis oĩs) i. origo ꝛ factor totiꝰ claritatis (largire nobis hoc) ſ. gaudia largire inq̃ ꝑ ꝓpriũ natũ) i. amore filii tui (ꝛ ſacro flamĩe) i. amore ſpũſſci (q̃ xp̃s viuit tecũ in nitida) i. mũda (ethera). i. in celo (regnãs ac moderans ſcl'a cuncta) i. omẽs gẽtes exiſtẽtes in hoc ſeculo.

## De ſancta agatha.



**Artiris ecce dies agathe virginis emicat eximie: qua criſtus eam ſibi ſociat. ꝛ dyadema duplex decorat.**

¶ Prudenciꝰ q̃ hunc hymnũ in honore beate agathe cõpoſuit laudat deũ q̃ tãtam conſtantiaꝫ contulit ſãcte agathe virgini.

(Ecce). id ẽ videte. (dies) Agathe martiris eximie. i. magne (virginis emicat) id ẽ valde ſplendet (qua) ſ. die (criſtus ſociat) id ẽ coniungit (eam ſibi) vel accedere fecit eam ad ſe. (ꝛ duplex dyadema) id ẽ. du

UVA. BHSC. IyR_108_3

plex corona.ſ.martirii ⁊ caſtitatis(decorat)i.honorat eam.

**Stirpe decens:elegans ſpecie:ſꝫ magis actibꝰ: at
qꝫ fide terrea proſpera nil reputās iuſſa dei ſibi cor
de ligans.**

¶ Decēs)i.nobilis(ſtirpe)fuit ⁊ progenie(elegans ſpē)i.decēs ⁊ cō
ueniēs.⁊ pulcra facie(ſ.magis pulcra actibꝰ atqꝫ fide)i.operibus fi/
dei illa dico reputās nil.ꝑ nihilo ducēs(terra)i.trena(ꝓſpa)i.trenoꝝ
ꝓſpitatē(⁊ ligās)i.retinēs(ſibi corde)i.ī mēte(iuſſa)i.ꝑcepta dei.

**Forcior hec trucibuſqꝫ viris expoſuit ſua membra
flagris pectore quam fuit valido torta mamilla do
cet patulo.**

¶ Hec.ſ.agatha(fortior viris trucibꝰ)i.crudelibꝰ(expoſuit ſua mē/
bra)i.dedit(flagris)i.verberibꝰ ⁊ flagellis(mamilla torta a carnifi/
cibꝰ docet)manifeſtat(patulo)i.aperte(ꝙ̄)i.ꝙ̄tum ipa agatha(fuit
valido pectore)i.forti mēte ⁊ corpore.

**Delicie cui carcer erat paſtor ouē petrꝰ hāc recreat
inde gauiſa magiſqꝫ flagrans cuncta flagella cu-
currit ouans.**

¶ Cui agathe carcer erat delicie)i.pro deliciis vel loco deliciarū.(pa
ſtor ouē petrꝰ recreat) i.cōſolatur( hāc ouē)i.agathā(⁊ inde gauiſa)
.i.leta(⁊ magis flagrās).i.amore dei(currit)i.ſuſtinuit(cuncta fla/
gella ouans)id ē gaudens.

**Ethnica turba rogū fugiēs huiꝰ ⁊ ipſa meret̃ opē
quos fidei titulꝰ decorat:hijs venerē magis ꝑmat.**

¶ Ethnica turba)i.gētilis vel pagana ꝗ̄ iuxta ethnā habitauit(fugi/
ens rogū)i.cōbuſtionē(ipa)turba(meretur opē)ipius agathe.i. me/
ruit auxilium(ergo deus premat magis ⁊ reſtringat venerē)i.luxuri
am(hiis)i.omibꝰ(quos titulꝰ)i.honor vel ſignū(fidei decorat)i. ho
norat.Et nota ꝙ quodā tēpore ethna cepit cōburere totam ciuitatem
cathanenſiū.⁊ ideo pagani venerūt ad ſepulcrum ſcē agathe ⁊ accepe
runt velū ⁊ proiecerunt in ignē.⁊ ſtatim ignis extinctꝰ eſt.

**Iā renitēs q̄ſi ſpōſa polo:ꝓ miſeris ſupplica dn̄o:
ſic ſua feſta coli faciat ſe celebrātibꝰ vt faueat.**

¶ Tu ſtella(retinēs)i.ſplendēs(polo)i.in celo(quaſi ſpōſa)xp̄i(ſup
plica dn̄o.ꝓ miſeris)i.pro nobis peccatoribꝰ(vt faciat coli)i.celebrari
(ſua feſta ſic vt faueat)i.det auxilium celebrantibꝰ ⁊c.

UVA. BHSC. IyR_108_3

Glia cū pr̄e ſit genito: ſpū̄i ꝓuide ſacro: q̄ deꝰ vnus eſt oīpotēs: hāc memorū faciat memorem. Amen.

¶ Gloria ⁊ laus ſit genito) i. filio (cū patre ⁊ ſpū̄i ſacro) i. ſcō (prouide q̄ deꝰ vnꝰ ē oīpotēs faciat hāc) ſ. agathā (memorē memorū) ſuoruz noſtroruz q̄ eius feſtū ⁊ memoriam celebramus meminerit ⁊ nos adiuuet ſuis precibus amen.

# De ſancto benedicto hymnus.



Chriſte ſanctoruz decꝰ atqz virtus vita: ⁊ forma via lux ⁊ auctor ſupplicū vota: pariterqz hymnuz: ſuſcipe clemens.

¶ In hoc hymno agit auctor d' vita ⁊ habitu ſācti bn̄dicti: ⁊ de miraculis eiꝰ. ſ. de capiſterio facto in puericia ſua ſanato. ⁊ de puero a lacte tracto. Intendit rogare deum q̄ ē vita ⁊ lux omniū fideliū vt noſtra vota ſuſcipiat ⁊ nr̄a peccata expellat ⁊ fauorē ſuum tribuat ⁊ gratiā ſuā concedat meritis ſācti bn̄dicti (O xp̄e tu decus). i. honor (atqz virtus ſanctorū) q̄a ꝑ te virtuoſi ſūt (⁊ vita) q̄a ꝑ te viuūt (⁊ forma) q̄a te imitari debēt. vnde dixiſti. Ego ſum via veritas ⁊ vita (vita) q̄a ꝑ te eūt ad patrē (⁊ lux) q̄a ꝑ te illuminātur (⁊ ſalus) q̄a ꝑ te ſalui facti ſunt ⁊ tu q̄ talis es (o clemēs) i. o miſericors ſuſcipe vota ſupplicum. i. ſupplicantium ⁊ pariter hymnum.

Qui tuū dudū bn̄dictuz ad te attrahēs mire ſegre-

UVA. BHSC. IyR_108_3

gaſti mūdo: vt ꝓbra mūdi reꝓbare diſcens te ſeq̄nt.

¶ (Qui attrahēs dudū) i. olim (tuum bn̄dictū ad te) ⁊ virtuoſa opa ſe gregaſti mire) i. mirabiliter (mūdo) i. a mūdo ⁊ quare vt diſcēs reꝓbare. i. cōtrahere. vl' ſpnere (probra mūdi). i. peccata mundi ⁊ iniquitates ⁊ ſequētur te. q̄a tu dixiſti q̄ ſeq̄tur me non ambulat in tenebris. ſꝫ habebit lumē vite ⁊ miſericordie dicit dn̄s.

Cuius deuotū animū pueri gr̄a preſtās fideli valere: qua valens mira precibꝰ peregit mēte fideli.

¶ (Deuotuꝫ animū) i. religioſū (cuiꝰ pueri) i. bn̄dicti gr̄a fidei de qua plenus erat ſanctꝰ bn̄dictꝰ (preſtans valere) ſ. poſſe (qua gr̄a fidei valēs) bn̄dictꝰ peregit (mira) i. miracula q̄ in dyalogorum libro poſſunt inueniri pro (precibꝰ) ⁊ mēte fideli.

De hic extēdēs pedē ī remotis ardua ſcādēs cruciari malēs corporis artꝰ iuuenilis ardēs caſto amore

¶ (De hinc) i. deinde (extēdens pedē in remotis locis) i. heremo (magis volens cruciari q̄ꝫ fouere artꝰ iuuenilis corporis) ⁊ quare q̄a erat ardēs caſto amore dei (ſcādēs). i. aſcēdens (ardua) i. excelſa (⁊ fuit malēs) i. magis volēs (cruciari q̄ꝫ fouere artꝰ) i. mēbra corporis iuuenilis ⁊ quare q̄a erat ardēs caſto amore dei.

Gloriā pr̄i reſonemꝰ oēs ⁊ tibi cōpar vtriꝰqꝫ ſemper ſpiritus alme deus omni tēpore ſecli.

¶ (Omēs reſonemꝰ) i. ꝑſoluamꝰ (gloriā) i. laudē patri ⁊ (o alme) i. ſācte (ſpūs cōpar) i. equalis (vtriuſqꝫ). ſ. patris ⁊ filii. tu dico (vnꝰ deꝰ omi tēpore ſecli reſonemꝰ) i. ꝑſoluamꝰ gloriam ſemꝑ. i. in omni tēpore (tibi) id eſt ad honorē tui.

Jmbuit poſt hinc: hoīes beatos: regulis artis animos retūdi: ⁊ iugo ſemꝑ: dn̄i pollorꝫ ſubdere colla.

¶ Conſtrue (Jmbuit) i. docuit vl' impleuit (poſt hinc) i. deīde (homines beatos) i. bonos vel benedictos (regulis artis) i. ſtrictis (retūdi). i. refrenari aīos ſuꝑbos. ⁊ docuit ſubdere colla. i. mentem ſemper iugo dn̄i polorꝫ. i. preceptis domini.

Ex quibꝰ maurꝰ ſedulus: miniſter obſequēs: patri latice leuatū gurgite fontis puerum retractū.

¶ (Ex q̄bꝰ) ſcīs ſāctꝰ (maurꝰ fuit ſedulꝰ) i. aſſiduꝰ (miſter). ſ. ſcī bn̄dicti (obſequēs) i. obediēs (pr̄i). i. bn̄dicto (traxit puerū) ſ. merſū puerꝫ

BIBLIOTECAS UNIVERSITARIA Y PROVINCIAL

UVA. BHSC. IyR_108_3

dico(retractũ gurgite fontis latice) i. ex aqua equoris leuatum. i. exiſtentem ſuper planiciem aque.

Huiꝰ o xp̄e meritis: p̄camur vt arceas irã tribuas fauorẽ grãm: p̄ſtãs veniãqꝫ nobis mitiis ad oẽs.

O xp̄e p̄camur veniã meritis eiꝰ) ſãcti bñdicti (vt arceas) i. repleas a nobis (irã ꝛ tribuas fauorẽ) i. auxiliũ (p̄ſtãs) grãz virtutũ ꝛ veniã peccatoꝝ nobis tu dico (mitis) i. ſuauis reſpiciẽdo (ad oẽs)

Prebe oramꝰ deus alme rector. vt fides nr̃a viciis reſiſtat atqꝫ virtutũ miniſtra: ſtudiis pectore puro

O alme deus). i. ſancte rector. i. gubernator (oramus). i. deprecamur (prebe) nobis. vt fides noſtra reſiſtat viciis atqꝫ miniſtra ſtudiis virtutum pectore puro. gloria p̄ri.

## Tẽpore quadrageſimali hymnus.

Iam xp̄e ſol iuſticie: noctis recedãt tenebre nũc mẽtis eat cecitas: virtutũ ꝛ lux redeat.

In hoc hymno rogat auctor deũ vt in hoc tẽpore tribuat nobis cor penitẽs ꝛ quos lõganimitate pietas expectauit ſua benignitate ad ſe cõuertat. (O xp̄e ſol iuſticie) i. ſplẽdor pietatis (tenebre noctis) i. peccata noſtre mẽtis (ſcꝫ cecitas eat) i. recedat (nũc) i. in hoc tp̄e (vt lux virtutũ redeat) i. virtutes bonoꝝ opuꝫ ĩ nobis redeãt. i. reuertant̃.

Da tẽpus acceptabile: ꝛ penitens cor tribue: nos noxios tranſeat hoc qđ benigne prerogas.

(Da tẽpus acceptabile) cõgruũ ad penitẽtiã qđ añ paſſionẽ. ſ. in veteri teſtamẽto nõ erat. q̃a oculꝰ ꝑ oculo. ꝛ dens ꝑ dẽte dabatur. modo aũt nõ ſic. (ꝛ tribue nobis cor penitẽs) vt non tranſeat. i. non reddat nos noxios (hoc) i. ꝑpter hoc qđ (p̄rogas) i. interpellas deũ patrẽ pro nobis (benigne). i. miſericorditer.

Quiddãqꝫ penitẽcie. da ferre licet grandiũ maiori tuo munere: quod dẽptio fit criminum.

O xp̄e da quiddã) i. paululũ (penitẽcie ferre). i. agere nobis (qđ). i. ꝑpter quã penitẽtiã (dẽptio) i. ablutio (criminũ) fit ꝛ hoc (tuo munere maiori) criminibus quia delet crimina (licet) pro q̄uis (grãdiũ) id ẽ magnorum peccatorum.

Dies venit dies tua: in qua reflorẽt oĩa: letemur ĩ hac vt tuam. per hanc reducti grãm.

UVA. BHSC. IyR_108_3

¶ Uere debes dare penitēciā. q̄a tua dies iudicii vel paſcalis feſtiuitas venit. quia nos ſum⁹ in quos fines ſeculoꝝ deuenerūt dies. ſ. paſcalis (venit) i. accedit dies dico illa (in qua) ſ. die (oīa) ſ. mētes hominū (reflorēt) i. micant virtutib⁹ ideo (letemur in hac) die (vt) p ſicut. (reducti) ſumus. i. redēpti (ꝑ hanc tuam gratiam) id eſt gratis. ⁊ redemiſti nos ⁊ ſaluaſti.

**Te rerū vniuerſitas. clemēs adoret trinitas. ⁊ nos noui per veniā. nouum canamus canticum.**

¶ Et iō (o clemēs trinitas) i pſonis ⁊ vnitas ī eſſētia (vniuerſitas rerū) i. vniuerſa res (adoret te ⁊ nos facti noui ꝑ veniā) i. ꝑ tuā gratiaꝫ (canam⁹ cāticū nouū) i. iubileū ē qd̄ mēte nec ore pōt exprimi.

**Preſta btā trinitas: cōcede ſimplex vnitas. vt fructuoſa ſint tuis: ieiunioꝝ munera Amen.**

¶ O beata trinitas preſta). i. dona. ſ. trinus deus in pſonis (⁊ o ſimplex vnitas). ſ. in ſubſtantia (concede) i. iube (vt munera ieiunioꝝ) noſtrorum (ſint fructuoſa). i. fructus bonorum ferentia tuis fidelib⁹ ieiunantib⁹. i. vt ieiunia nr̄a ſint acceptabilia ⁊ tibi placētia.

# In quadrageſima.

**Udi benigne cōditor. nr̄as p̄ces cū fletibus. in hoc ſacro ieiunio. fuſas quadragenario.**

¶ Materia hui⁹ hymni ē ꝯmēdatio ieiunii ⁊ hortatur nos ieiunare ⁊ deo ſeruire ⁊ in hoc tēpore ieiunii in orationibus plus q̄ꝫ in aliis diebus inſiſtere vt in die iudicii habeamus vitā eternā (O benigne conditor) i. creator oīm rerū (audi p̄ces noſtras cū fletibus) p̄ces dico fuſas (in hoc ſacro ieiunio quadragenario) i. in numero. xl. dierum in q̄bus digne ieiunare debemus.

**Scrutator alme cordiū: infirma tu ſis viriuꝫ: ad te reuerſis exhibe: remiſſionis gratiam.**

¶ Et quia fundimus p̄ces (o alme ſcrutator) i. inquiſitor omniū cordium noſtrorū hn̄ dico ſcrutator quia (tu ſcis) i. cognoſcis (infirma virium) quia tu ſcis (exhibe). i. oſtende vel da (gratiaꝫ remiſſionis) tue (reuerſis) id eſt penitentibus ad te.

**Multū q̄dem peccauim⁹. ſꝫ parce confitētib⁹. ad laudem tui noīs. cōfer medelā lāguidis.**

¶ Benedixi reuerſis. q̄a (peccauim⁹ mltū q̄dē) i. certe (ſꝫ ꝑce) i. cōdo

UVA. BHSC. IyR_108_3

na confitētib⁹ peccata (ꝛ confer) i. tribue (medelam languidis). i. medicinā peccatorib⁹ (ad laudem tui noīs) i. ad hoc vt nomē tuū laudet

Sic corpus extra cōteri: dona ꝑ abſtinētiam: ieiunet vt mens ſobria: a labe prorſus criminum.

¶ Et conferēdo medicinā (dona conteri) i. minui ꝑ abſtinentiam (comeſtionis corp⁹) noſtrum extra ſe (ſic vt mēs ſobria). i. abſtinens vel modeſta (ieiunet prorſ⁹). i. omnino (a labe) id eſt. a putredine (criminum) id eſt peccatorum.

Ecce tēpus ydoneū: medicina peccaminū: quibus deum offendim⁹ corde verbis operibus.

¶ In hoc hymno hortatur nos auctor vt ab omī peccato abſtineam⁹ ꝛ rogam⁹ deum cū lacrimis ꝛ precib⁹. vt ipē remittat peccata noſtra nobis ꝛ nos mūdet ab oī vicio. i. peccato (q̄b⁹) ſ. peccatis offēdim⁹ deum contra nos (corde). i. vana cogitatione (verbis). i. iniquis ſermonib⁹ ꝛ turpiloquiis (opib⁹) i. prauis ꝛ illicitis actib⁹.

Qui pius et ꝓpici⁹: nobiſ pepercit hacten⁹: ne nos cum noſtris perderet: tantis iniquitatibus.

¶ Dico ꝙ verbo ꝛ opere deum offendim⁹ q̄s. ſ. de⁹ exn̄s pi⁹ ꝛ propici⁹. i. miſericors ꝛ pepcit nobis hacten⁹. i. hucuſq; ne ſcd̄m mala noſtra nos ꝑiter cū noſtris iniq̄tatib⁹ pderet. ſ; ita pepercit vt mediāte paterno auxilio ad ipm̄ veniam⁹ ꝛ amodo ī bonis opib⁹ pſeuerem⁹.

Hunc igit ieiunijs: cū precib⁹ ꝛ lacrimis: multiſq; bonis alijs placemus deuotiſſime.

¶ Et q̄a pepercit nobis miſericorditer placeam⁹. i. placatū nobis faciam⁹ hunc. ſ. deū. ꝛ quomodo cū ieiuniis. i. cū abſtinētia cibi ꝛ pot⁹ ꝛ cū precibus. i. cū orationibus aſſiduis. quia ipē ait. Petite ꝛ accipietis. ꝛ alibi. Amen amē dico vobis q̄cquid orātes petitis credite ꝛ fiet vobis. ꝛ cū lacrimis cōpunctionis ꝛ cū multis bonis aliis placeam⁹ ei deuotiſſime. i. cum magna deuotione.

Ut nos a cunctis ſordib⁹: purgās ornet virtutib⁹ angelicis ꝛ cetibus: nos iungat in celeſtibus.

¶ Dixi ꝙ placeamus ei deuotiſſime vt ipē purgās nos a cūctis ſordibus. i. peccatis ornet nos virtutibus ꝛ faciat nos perſeuerare ī eis. ꝛ iūgat nos ī celeſtib⁹. i. ī regno celoꝝ angel' cetib⁹. i. ſocietatib⁹ āgloꝝ.

Sit benedict⁹ genitor: eiuſq; vnigenit⁹: cū ſpiritu paraclito: in ſempiterna ſecula. Amen.

UVA. BHSC. IyR_108_3

(Genitor).i.deus pater ſit benedictus(q3)pro ꝛ(eius vnigenitus) id ē criſtus qui eſt filius vnicus eius ſit benedictus cum ſpū paraclito.i.conſolatore in ſempiterna ſecula.amen.

# In quadrageſima hymnus.

Clarum decus ieiunij: mōſtratur orbis celitus
qđ xp̄s auctor oīm: cibis ditauit abſtinēs.

In hoc hymno hortatur nos ꝛ admonet auctor ieiunioꝝ humilitatē ꝛ auctoritatē habere a xp̄o ꝛ efficaciā: ꝛ vt antiq̇ patres moyſes ꝛ helias conſecuti ſunt vitam eternaꝫ ita cōſequamur. Cōſtructio. Clarum decꝰ ieiunii.i.ꝯmendabile ieiuniū monſtratur.i.datur celitꝰ orbi.i.mundo qđ ieiunium xp̄s auctor omniū rerum abſtinēs cibis ditauit.i.ſanctificauit vel auctor.i.factor oīm rerū ditauit ieiunium.

Hoc moyſes carus deo: legiſq3 lator factus eſt: hoc
helyam per aera: curru leuauit igneo.

(Hoc)i.ex hoc ieiunio moyſes cui data ē lex ī tabulꝭ lapideis factꝰ ē carꝰ(lator)i.dator legis vel legiſlator hoc helyā leuauit ī curru igneo ꝑ aera.i.ꝑ aerem ad celum.q̄a helyas trāſgreſſꝰ iordanē cuꝫ ſocio ſuo heliſeo: dimiſſo pallio raptꝰ eſt curru igneo in celum.poſtea helyſeus reuerſꝰ ꝑcuſſit iordanē cū pallio ꝛ aqua ꝛ̄ceſſit ꝛ trāſiuit ſicco veſtigio

Hoc daniel miſteria: victor leonū viderat: per hoc
amicus intimus: ſpōſi iohānes claruit.

Hoc.i.ex hoc ieiunio daniel viderat miſteria ꝛ hoc cognouerat per ſpūmſanctum(victor)i.ſuperator(leonum) ꝛ ꝑ(hoc)ſanctū ieiuniuꝫ (iohānes amicus intimus ſponſi)id eſt criſti fideliſſimus(claruit) id eſt clarus factus eſt.

Hec nos ſequi dona deꝰ: ꝑ exēpla parſimonie tu robur auge mētium: dās ſpiritale gaudiū.

Et q̄a iſti facti ſūt ſcī vꝉ beati(O deꝰ)dona nobis vt nos poſſumus hec ſeq̄)ꝑ exēpla eoꝝ(parſimonie).i.abſtinētie cibi ꝛ potꝰ(ꝛ tu auge robur)i.fortitudinē(mentiū dans ſpiritale gaudiū)

Preſta pater ꝑ filiū: p̄ſta ꝑ almum ſpūm: cuꝫ hijs
ꝑ euū triplici: vnus deus cognomine.

(O pater preſta)nobis hec.ſ.q̄ ſupra orauimꝰ(ꝑ filiū)i.amore filii (ꝛ ꝑ almū)i.ſpūmſcūm.tu dico exiſtēs vnus deus(ꝑ euū)i.ineternū (cū his)ſ.filio ꝛ ſpūi paraclito(triplici cognomine)



UVA. BHSC. IyR_108_3

# In quadrageſima ad matutinas.

Ex more docti miſtico: ſeruem⁹ hoc ieiuniū: deno dierū circulo: ducto quater notiſſimo.

¶ Materia hui⁹ hymni ē cōmēdatio ieiunii ꝛ hortamur vos ieiunare ꝛ deo ſeruire hoc tp̄e ieiunii in orōnib⁹ ꝛ bonis operibus pluſq̄ aliis dieb⁹. vt inde habeam⁹ vitā eternā. O fratres (ſeruem⁹ hoc ieiuniū) in quo modo ſum⁹. ſ. caſte ꝛ honeſte (nos docti) i. īſtructi (ex more) i. ex conſuetudine (miſtico) i. figurato ieiuniū dico (ductū notiſſimo circulo) i. reuolutōe (quaſdeno dieꝝ) i. ꝑ. xl. dies vł ducto. ſ. circulo.

Lex ꝛ prophete ꝑmit⁹: hec ꝑtulerunt poſt moduz xp̄s ſacrauit omniū: rex atq; factor tēporum.

¶ Lex) data ꝑ moyſē (ꝛ prophete) ſ. helyas ꝛ aliis (pretulerunt hoc) ieiunium (ꝛ xp̄s ſacrauit) illud (poſtmodum) i. poſtea quia ꝑ quadraginta dies ieiunauit donans nobis exemplum. vt tēpore ieiunii valeamus redimere toti⁹ anni deperdita tēpora ꝑ opera noſtra praua ieiunādo ꝑ. xl. dies ꝛ a malis abſtinēdo. ꝛ bn̄ debem⁹ ieiunare. q̇a ꝓphete ieiunauerunt. ꝛ xp̄s rex ꝛ factor oīm ꝯſecrauit illud ieiuniū.

Utamur ergo parcius: verbis cibis ꝛ potib⁹: ſomno locis ꝛ arcius: perſtemus in cuſtodia.

¶ Et q̇a prophete ꝛ poſtea xp̄s conſecrauit hoc ieiuniū (vtamur ergo parci⁹) i. temperanci⁹ q̄ꝫ in aliis dieb⁹ (verbis) malis (ꝛ cibis ꝛ potib⁹) i. a ſuperfluitate cōmeſtionis ꝛ ebrietate abſtineamus. q̇a mediante crapula in peccatis labimur. ꝛ venter mero eſtuans de facili ſpumeſcit in libidinē ꝛ non ſolum in iſtis vtamur parcius: ſed etiam (iocis) illicitis ꝛ ſomno. i. dormitione ꝛ (arci⁹). i. ſtrictius (perſtem⁹) id ē ꝑſeuerem⁹ (in cuſtodia) anime noſtre.

Uitemus aūt peſſima: q̄ ſubruūt mētes vagas nullumq; demus callido: hoſtis locū tirānidis.

¶ Dico q̄ꝫ reliquis viciis perſtemus in cuſtodiam virtutum (ꝛ vitem⁹) id eſt abiciam⁹ a nobis (autē peſſima). i. peccata vel praua opera (q̄ ſubruūt) mētes vagas) i. aggrauāt (qꝫ) ꝑ ꝛ nō debem⁹ vllū locū. i vllā cauſā nocēdi (tirānidis) i. crudelitatis (callido hoſti) i. diabolo.

# In quadrageſima.

UVA. BHSC. IyR_108_3

Dicamus omēs cernui: clamemus atq; ſinguli: ploremus ante iudicem: flectamus iram vindicem.

¶ In hoc hymno hortatur auctor vt rogem⁹ deū p̄cib⁹ ⁊ lacrimis vt ipē auertat a nobis iram ſuam ⁊ remittat nobis delicta noſtra. Nos (omēs cernui) i. inclinati ⁊ humiles (dicam⁹) i. confiteamur. ſ. peccata noſtra (⁊ ſinguli) i. quilibet noſtrum (clamemus) i. vociferemus ꝑ venia (⁊ ploremus). i. defleamus. ſ. peccata noſtra (ante iudicem). i. xp̄m (q̄ eſt futur⁹ iudex iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ ſcl'm per ignem: ⁊ quare dico ꝙ clamem⁹. ſ. vt flectam⁹ iram vindicē. i. iracūdiā vindicantē ⁊ vindictā accipientē de cōmiſſis peccatis.

Noſtris malis offendim⁹: tuā de⁹ clementiā effunde nobis deſuper: remiſſor indulgentiam.

¶ O de⁹ nos offendim⁹. i. irritauimus (tuā clemētiam) i. tuā benignitatē (noſtris malis) i. carnalib⁹ opib⁹. ⁊ q̊a tu pi⁹ ⁊ miſericors es: ⁊ dixiſti nolo mortē peccatoꝝ ſed vitam. ⁊ vt conuertātur ⁊ viuant ꝑ cordis compunctionem (o remiſſor) i. condonator delictorum (effūde) . i. emitte nobis (deſuꝑ) i. de ſuꝑno ſolio (indulgentiā peccatorū)

Memēto ꝙ ſum⁹ tui licȝ caduci plaſmatis: ne des honorē nōis: tui precamur alteri.

¶ Et mittere debes de celo nobis veniaȝ: q̊a nos redemiſti ſanguine tuo ⁊ ideo (memēto) o dn̄e (q̊a tui ſumus) redēpti (licet) pro q̄uis (caduci plaſmatis). i. fragilis nature quia de limo terre (⁊ precamur) te dn̄e (ne tu des) i. ꝑmittas (alteri). i. iīmico hūani generis (honorē nominis tui). ſ. nos q̊a nōie tuo xp̄e: criſtiani vocati ſum⁹.

Laxa malum qđ geſſim⁹. auge bonū qđ poſcimus: placere quo tandē tibi: poſſimus hic ⁊ perpetim.

¶ Et quia alter nō debet occupare honorē tui nōis rogam⁹ te (laxa) i. dimitte nobis (malum) i. peccatum (qđ geſſim⁹). i. qđ male ꝑpetrauim⁹ (⁊ auge) i. augmenta (bonū qđ poſcim⁹) a te (quo) pro ſvt (poſſim⁹) i. valeamus (placere tibi tandem) i. hic in pn̄ti. i. in cōſpectu tuo (⁊ perpetim) id eſt perhenniter.

## Dominica in paſſione.



UVA. BHSC. IyR_108_3



**Exilla regis p deūt: fulget crucis miſterium: quo carne carniſ cōditor: ſuſpenſus ē patibulo.**

❡ Materia huius hymni ē talis vt dicit beatus ambroſius. Paſſio domini venit: ⁊ quia venit: debemus de paſſione aliquid agere. ⁊ quia debemus de paſſione aliquid dicere. ergo dicam⁹

Vexilla regis vexilla dn̄i ſunt iſta. baptiſmus de quo ip̄e dicit. Niſi qui renatus fuerit ⁊c. Item vexilla ſunt corpus ⁊ ſanguis eius. Unde ipſe dicit. Niſi manducaueritis carnem filii hominis ⁊c. Cōſtrue (vexilla) i. ſigna (regis). i. xp̄i (prodeūt) i. apparēt (miſteriū) i. ſacrificium. ſ. paſſio xp̄i (crucis fulget) quia expugnauit diabolum: quo miſterio (conditor) i. creator carnis (ſuſpenſus eſt patibulo) ⁊ hoc carne pro humano genere. vel in carne ſua propria.

**Cōfixa clauis viſcere: tēdens man⁹ veſtigia: redēptionis gratia: hic immolata eſt hoſtia.**

❡ Ego dixi ꝙ criſtus ſuſpēſus eſt patibulo. i. cruce. ⁊ ideo xp̄s īmolata eſt hoſtia. vel talis ē littera. ſ. in ara crucis gr̄a redēptiōis. i. ſaluatio hūani generis tendēs. i. extēdēs man⁹. ſ. ſuas ī cruce. ⁊ tēdens veſtigia ſāguinis ip̄i⁹. ⁊ ꝑ hoc notat ꝙ ſāguis fluxerat ꝑ totum corp⁹ ip̄i⁹. tēdēs dico viſcera numerabilia. q̄a in tātū fuit extēſus xp̄s ī cruce ꝙ oīa mēbra ipſius poterant numerari confixa. i. ꝑforata clauis.

UVA. BHSC. IyR_108_3

Claui eniʒ ſunt poſiti in manibꝰ ſuis ⁊ pedibus: ⁊ lancea in latere. ⁊ inde exiuit ſanguis ⁊ aqua. ex inde dico manauit ſanguis redemptionis ⁊ aqua baptiſmatis ex quibus nos criſtiani regeneramur in fonte ⁊ in ſacro baptiſmate.

**Quo vulneratꝰ inſup: mucrone dire lãcee. vt nos lauaret crimine: manauit vnda ſanguine.**

¶ Ecce miſteriũ crucis fulget p totum mundũ q̃a p crucẽ habemꝰ altare per corpus criſti hoſtiam. per ſanguinem vinum. ⁊ p ſudorem aquam. ex quibus ſacrificium facimus ſingulariter. quia ex immolatione crucis ſibi fit altare. ⁊ ideo p cruceʒ habemus altare in quo ſacrificamus (quo) i. in quo patibulo (vulneratus inſuper). ſ. ſup clauos (mucrone) i. accumine (lancee dire) i. crudelis. ⁊ ad quid ad hoc. ſ. vt nos lauaret crimine) i. a peccato (vnda) i. aqua (manauit) id ẽ perfluxit cum (ſanguine)

**Impleta ſũt q̃ cõcinit: dauid fideli carmine: dicẽdo nationibꝰ: regnauit a ligno deus.**

¶ Et eo tempore perpetrata ſunt que ſcripta ſũt de criſto per prophetas. Unde ipe ſumens acetum in cruce con ſpongia dixit conſumatũ eſt (Que dauid concinit) i. prophetauit (fideli carmine) in pſalterio ſunt impleta iſta (dicendo nationibꝰ) id eſt in gẽtibꝰ diuerſis (deꝰ regnauit a ligno) i. a paſſione ſurrexit.

**Arbor decora ⁊ fulgida: ornata regis purpura: electa digno ſtipite: tã ſancta membra tãgere.**

¶ Et quia pepẽdit in cruce poſſumꝰ proferre vocẽ admirationis. O q̃tum fuit ornata (arbor decora) id ẽ pulcra (⁊ fulgida) i. ſplẽdida (ornata) i. decora (purpura regis) i. purpureis mẽbris xpi Arbor dico (electa tangere) i. ſuſtinere (tã ſcã mẽbra digno ſtipite) i. ſcõ trunco.

**Beata cuius brachijs: precium pependit ſecli: ſtatera facta eſt corporis: predamqʒ tulit tartharis**

¶ Uere beata fuit arbor vel crux in qua pependit precium mundi. ſ. xps (brachiis). i. cornibus (cuius) i. crucis (preciuʒ ſecli) intꝰ (pepẽdit) Arbor dico (ſtatera) i. libra (corporis) xpi (tulit predã tartharis) Nam deſcẽdens dominꝰ de cruce ad tarthara nullum de ſuis ibi reliquit. In hoc loco ꝑmo dirigitur ad crucẽ.



UVA. BHSC. IyR_108_3

O crux aue ſpes vnica. hoc paſſionis tēpore. auge piȷs iuſticiam. reiſqȝ dona veniam.

¶ Et q̈a es ſtatera facta (O crux aue) i. ſalue tu dico (vnica ſpes) noſtra (auge) i. multiplica (iuſticiaȝ piis) i. pietatē habētibꝰ (hoc tēpore paſſionis: ⁊ dona veniā) i. remiſſionē peccatorū). ſ. reis.

Te ſūma deus trinitas: collaudet oīs ſpūs quos ꝑ crucis miſteriū: ſaluas rege per ſecula Amen.

¶ Et q̈a nos redemiſti tuo ſanguine. ideo (o ſūma trinitas deꝰ) omnipotēs (oīs ſpūs collaudet te ⁊ quos. ſ. homines ꝑ miſteriū crucis) i. ꝑ paſſionē (ſaluas) i. liberas (rege ꝑ ſecula) cuncta (Amē)

## Dominica in paſſione ad horas.

Pange lingua glorioſi: ꝓliū certaminis ⁊ ſuper crucis tropheuȝ: dic triumphū nobilē qualiter redēptor orbis: immolatus vicerit.

¶ Hymnꝰ iſte cōtinuatur ſuperiori: dixerat eni ꝙ dñs poſitꝰ fuit in cruce ⁊ latꝰ eiꝰ ꝑforatum. ⁊ ſic dep̄camur eum ꝙ ſicut mortuꝰ eſt. i. ſicut corpꝰ quod aſſūpſit in virgine: ⁊ in cruce mortificari paſſꝰ eſt, p noſtra redēptione. ⁊ ad inferna deſcēdit cum diabolo pugnauit. ⁊ euȝ ſuperauit: ſic faciat nos vincere cūcta nobis aduerſaria. ſ. diaboluȝ ⁊ mundū ⁊ cōcupiſcentiā eiꝰ. ⁊ domeſticū inimicum. ſ. carnē de qua dicitur. Quāto familiaris magis eſt peſtis: tantū periculoſior (O lingua pange) i. manifeſta (prelium certaminis glorioſi) i. victoriā quaȝ xp̄s obtinuit moriēdo ſcd̄m carnē. quādo vicit mortē morte ſua. vnde ip̄e ait. O mors ero mors tua ⁊c. (⁊ ſuꝑ tropheū). ſ. de victoria (crucis dic triūphum nobilē) de inimicis fugatis (qualiter redēptor). i. liberator (orbis) i. totius mundi (immolatus) in ara crucis (vicerit) i. vicit diabolū. Et nota ꝙ ante paſſionē xp̄i diabolꝰ duas manus. i. duas poteſtates. ſ. in corpore ⁊ in aīa hominis habuit. q̈a quoſdā in corpore ⁊ in anima. quoſdam tantum in aīa poſt mortem trahebat ad ſe. Sȝ modo poſt paſſionē vnā habȝ. ſ. de duabus poteſtatibꝰ amiſit vnā

De parētis prothoplauſti: fraude facta cōdolens: quādo pomi noxialis: morte morſu corruit: ip̄e lignū tūc notauit: damna ligni vt ſolueret.

¶ In hoc loco apoſtrophat ſe auctor. ſi aliq̈s forte diceret quare fuit immolatus xp̄s. reſpōſio ſic. q̈a condoluit de deceptione primi paren

UVA. BHSC. IyR_108_3

tis.ſ.ade(Criſtus condolẽs de facta fraude parẽtis)noſtri ade(ꝓtho/plauſti)i.primi formati(quãdo corruit)prim⁹ parẽs(morte)i.ĩ mor/tẽ ⁊ hoc(morſu vetito pomi noxialis)i.nociui(ipẽ)xp̃s(tũc notauit) preordinando ſignauit(lignũ)ſue crucis(vt ſolueret)i.recuparet(dã na ligni).ſ.q̃ venerantur per lignum.i.pomum vetitum.

**Hoc opus noſtre ſalutis: ordo depopoſcerat: mul-tiformis proditoris: ars vt artẽ falleret: ⁊ medelaꝫ ferret inde: hoſtis vnde leſerat.**

¶Bene dico ꝙ xp̃s tũc notauit lignũ vt ſolueret dãna ligni. q̃a nul/lo alio modo poteram⁹ recuperari. ⁊ hoc aggreditur dicere(Ordo ſa lutis noſtre depopoſcerat hoc opus).ſ.vt deus carnẽ ſumeret.⁊ pati bulũ crucis ſubiret.⁊ per lignũ damna ligni ſoluerẽtur(vt ars)i.de⁹ qui eſt artifex omniũ rerũ(falleret)i.deſtrueret(artẽ multis formis ꝓditoris)i.diaboli.⁊ vt xp̃s(ferret medelã).i.ſalutẽ omniũ gentium (inde)i.ex illa re.ſ.a ligno(vnde)i.de quo ligno(hoſtis).i.diabolus (leſerat).i.nocuerat

**Quãdo venit ergo ſacri: plenitudo tẽporis miſſus eſt ab arce patris: natus orbis cõditor: atqꝫ vẽtre virginali: caro factus prodijt.**

¶Ergo quãdo)i.poſtꝙ(plenitudo tẽporis)i.quãdo vltima etas(ve/nit)i.vt deus ſacrificaret filium(conditor orbis).i.xp̃s(nat⁹ miſſus eſt ab arce patris) in mundũ(atqꝫ fact⁹ caro)vel carnalis(prodiit)i. exiit(de ventre virginali)Et nota ꝙ ſicut flos ſine macula pulcher ⁊ olens a ſuauis naſcitur.ita criſtus ſine ſemine ⁊ ſine crimine de vte/ro virginis marie prodiit.

**Uagit infans inter arcta: poſitus preſepia: mẽbra pãnis inuoluta: virgo mater alligat: pedes manuſ atqꝫ crura: ſtricta cingit faſcia.**

¶Infans).i.xp̃s(poſit⁹ inter arcta).i.anguſta(preſepia vagit).i. plãgit. Et nota ꝙ vagire eſt ꝓpriũ puerorũ(virgo)maria(mater)ſua alligat membra ſua(inuoluta pãnis ⁊ faſcia).i. vitela(cingit pedes ⁊ manus ⁊ crura ſtricta)

**Gloria ⁊ honore deo: vſqꝫquo altiſſimo: vna patri filioqꝫ: inclito paraclito: cui laus eſt ⁊ poteſtas: ꝑ eterna ſecula Amen.**



UVA. BHSC. IyR_108_3

¶ Gloria ⁊ honor deo ſit vſqꝫquo altiſſimo vna) .i .equaliter (patri ⁊
filio inclito) i. glorioſo (paraclito) i. ſpũi ſancto ſit laus ⁊ gloria ſimili
ter equalis gloria coeterna ⁊ maieſtas ⁊ tribus ꝑſonis ⁊ vni deo (cui
laus eſt ⁊ poteſtas ꝑ eterna ſecula amẽ)

# Ad horas dominica in paſſione.

Luſtra ſex qui iã ꝑacta: tẽpus implens corporiſ
ſe volẽte natus ad hoc: paſſioni deditus: agnꝰ
in cruce leuatur: immolandus ſtipite.

¶ Nota ꝙ luſtra dicitur ſpacio quinqꝫ annorꝫ. ⁊ dicitur a luſtrãdo eo
ꝙ romani illuſtrabant ꝑ ſpaciũ q̃nqꝫ annorum totã romã. ⁊ nos ſimi
liter ꝑ q̃nqꝫ etates debemꝰ luſtrare totã romã. ſ. ſanctã eccleſiã vincẽ
tẽ inimicos. Hymnꝰ iſte ſic cõtinuatur xp̃s carnaliter erat. xxx. anno/
rum cũ eſſet deditꝰ paſſioni. Luſtra ſex. ⁊c. Et nota accuſatiui vl' ab/
latiui caſꝰ poſſunt ibi legi. Ablatiui ſic legũtur. xp̃s q̃ eſt implẽs tẽpꝰ
.i. etatẽ corporis humani ſex luſtris iã ꝑactis. ⁊ textꝰ põt habere lu/
ſtris ſex q̃ iam ꝑactis frequẽtiꝰ tñ eſt vt accuſatiui ibi legãtur ſic (cri/
ſtus q̃ eſt implẽs tẽpꝰ) i. etatẽ (corpori humani). ſ. ꝑ ſex luſtra (iam ꝑ
acta natꝰ ſe volẽte) i. ſponte natus (ad hoc) vt pateretur (agnꝰ) i. xp̃s
ſine macula (deditꝰ paſſioni leuatur in cruce) a iudeis (imolãdꝰ) id ẽ
ſacrificandꝰ (ſtipite) id eſt ligno.

Hic acetũ fel arundo: ſputa clauis lancea: mite cor
pus perforatur ſãguis vnda profluit: terra põtus
aſtra mũdus: quo lauãtur flumine.

¶ Hic) id ẽ in cruce dederunt ei (fel ⁊ acetũ) vel fel mixtũ aceto (⁊ a/
rundo) i. calamus traditur ei in ſignum deriſionis pro ſceptro ⁊ ꝑter
hec (ſputa) adhibita ſunt ei (corpus mite). i. ſuaue perforatur clauis
⁊ lancea ⁊ inde (ſanguis ⁊ vnda) i. aqua (profluit) i. exiuit de corpore
eius (quo flumine) i. pro qua ſanguis effuſione (terra) i. humiles (põ
tus) i. fluctuantes vicio (aſtra) i. iuſti (⁊ mundus) i. mundani (leuan
tur) i. purgantur. Per aquam debemus intelligere baptiſmum. Per
ſanginem criſma. ⁊ dicũt q̃dã ꝙ angeli boni purgati ſunt de labe quã
habuerũt đ illis q̃ ceciderũt: vt lucifer ⁊ ſui cõplices ⁊ ideo dicit aſtra

Crux fidelis inter omẽs: arbor vna nobilis: nulla
ſilua talẽ profert: frõde flore germine: dulce lignũ

UVA. BHSC. IyR_108_3

dulces clauos: dulce pōdus ſuſtinet.

Et quia redemit nos in cruce leuat⁹ omnes debemus clamare (O crux fidelis arbor inter omnes vna) i. ſola (nobilis) quia (nulla ſilua profert talem) arborem (fronde) i. protectione (flore) i. decore (germine) i. fructu vel radice (vel flore) i. xp̄o q̄ vocat⁹ ē flos a ꝓpheti s. q̄a ſicut flos ꝓcedit ſine feditate vel aliqua putredine. ita xp̄s ex vtero virginis ꝓceſſit ſine aliquo peccato (dulce lignum) fuit illud qđ (ſuſtinet dulces clauos xp̄i (ꝛ dulce pondus) i. xp̄m.

Flecte ramos arbor alta: tēſa laxa viſcera: ꝛ rigor lēteſcat ille: quem dedit natiuitas: vt ſupni mēbra regis: mite tendas ſtipite.

Et precium mundi pepēdit in te ideo (o arbor alta flecte) i. humilia (ramos) i. brachia crucis (ꝛ laxa). i. relaxa (viſcera xp̄i tēſa) i. extēſa in te (ꝛ ille rigor) i. duricia (lenteſcat) i. moleſcat (quē) rigorem (natiuitas) i. natura dedit tibi (vt tendas ſtipite) i. in cruce (miti). i. humili (membra ſuperni regis)

Sola digna tu fuiſti ferri ſecli preciū: atqꝫ portum preparare nauta mūdo naufragio: quē ſacer: cruor perunxit: fuſus agni corpore.

Tu ſola fuiſti digna) ſ. ferre preciū ſecli. i. ſuſtinere illuꝫ q̄ fuit appreciatus triginta argenteis (atqꝫ preparare portū) quaſi (nauta mūdo naufragio) i. periclitato. i. omibus periclitātib⁹ (quem) mundum (ſacer cruor) id eſt ſanctus ſanguis perunxit. i. mūdauit. ille dico (fuſus corpore agni).

Gloria ꝛ honor deo vſqꝫquo altiſſimo.

## Tempore paſcali.

Chorus noue ihr̄lm: noua melos dulcedine promat colēs cū ſobrijs paſcale feſtū gaudijs.

Metrū eſt iābicū. Auctor ē ambroſi⁹. ꝛc. Materia hui⁹ hymni ē īuitare nos ad laudē feſti paſcalis cū militauerim⁹ cōtra dyabolū. Dicit ergo chor⁹ noue. ꝛc. Notandū eſt ꝙ p̄mo vocabat̄ ciuitas illa ieb⁹ ſc̄do iēbuſalē. tercio ſalem. quarto ihr̄lꝫ p qđ ſignificat̄ mł̄tiplex hoīs ſtat⁹. Jeb⁹ enī interp̄tat̄ cōculcamē. ꝛ hoc eſt quando aliquis in ado-

UVA. BHSC. IyR_108_3

leſcētia intonſus efficitur. Jebuſalē interpretatur pax cōculcatōis. ⁊ hoc eſt quādo aliqs habitat ⁊ delectatur in predictis. Salē interptat̄ pax. ⁊ hoc ē qn̄ aliqs reuerſ⁹ ē a viciis. ihr̄l'ꝫ iterptatur viſio pacis. ⁊ hoc eſt quādo aliquis fruetur celeſti gaudio. Unde hoc nomen hieru⸗ſalē quattuor modis accipitur ad litterā. Hieruſalem eſt illa ciuitas paleſtine. Anagocice ihrl'm eſt eccleſia triumphans. ſ. chorus celeſtis patrie. In hoc loco accipitur ſic (chorus noue ihrl'ꝫ) i. noue anime. ſ. cuiuſlibet hominis bene īuocati ⁊ purgati a viciis (promat) noua dul cedine. i. dulce melos. Melos dicitur a mel q̄a ſicut mel fit ex diuer⸗ſis generib⁹ rerū. ita ⁊ melos eſt quod fit ex diuerſis notulis nouuꝫ. vn̄ cantate dn̄o canticū nouū. Mel dicitur a miſcēdo. vn̄ prohibebat̄ in lege ꝙ nemo in ſacrificio poneret mel. ſed ſemꝑ ſal. Mel enī fit ex diuerſis generibus rerū. Homo non debet eſſe diuerſus ſꝫ vniformis in bono. vn̄ vinū ⁊ ſicerā nō bibet: etiam ſumitur hic vinū in mala ſi⸗gnificatione. vinū fit ex vno genere reꝝ illi bibūt qui tale quid faciūt ſemꝑ qđ niſi ſit reprehēſibile. Sicera fit ex diuerſis generib⁹ reruꝫ q̄ duo mixta vnū corrumpit aliud. vt de ceruiſia. aut granū corrumpit aquā. aut aqua granuꝫ. Ille ergo bibit ſiceram q̄ facit aliqđ qđ videt̄ de genere bonoꝝ cum non ſit (chor⁹) dico colēs feſtum paſcale (cū gau diis ſobriis) conuenit ad corp⁹. vn̄ Sobrie ⁊ iuſte ⁊ pie viuam⁹ i hoc ſclo. Iuſte quo ad ꝓximū. pie quo ad deū. ſobrie quo ad noſmetipſos.

**Quo xp̄s inuictus leo dracone ſurgens obruto: dū voce viua perſonat: a morte functos excitat.**

¶ (Quo) ſ. feſto paſcali (xp̄s inuictus leo) vt narrat fiſiologus. Sicut leo rugitu ſuo reſuſcitat catulū poſt triduum. ita pater filiū. quare di ctus eſt leo. ille dico (ſurgens dracone) i. diabolo (obruto) i. lapſo (dū viua voce perſonat) vt gemina viperarū vnde docuit vos fugere a vē⸗tura ira. Uel generaliter poteſt legi de angelis qui viua voce reſuſci⸗tabunt mortuos ad iudiciū excitat (functos a morte) ſcđm primam lit teram (a morte). i. a mortali peccato. ſcđm aliam litteram (a morte) quam omnis homo habebit.

**Quā deuorarat improbus: predā refudit tartarus captiuata te libera: ihūm ſequūtur agmina.**

¶ Ipe. ſ. de⁹ (refudit) i. retrofudit vel rediddit (predam) quā tartar⁹ . i. infern⁹ (improbus) i. inſaciabilis (deuorarat) i. ad ſe traxerat (cap⸗tiuitate libera). i. anime ſanctorum (libera agmina ſequuntur ihūm) vnde illud quocunqꝫ pergis ⁊ cetera.

**Ipm canēdo ſupplices: regē precemur milites vt i**

UVA. BHSC. IyR_108_3

ſuo clariſſimo: nos ordinet palacio.

¶ (Nos ſupplices) i. humiles (precemur ipm regem) i. xp̄m nos dico (milites) precemur inq̄ criſtū cum prece ⁊ laudib⁊ (vt ordinet nos in ſuo clariſſimo palacio) i. in celo inter ſanctos. vnde in euangelio. In domo patris mei manſiones multe ſunt.

Per ſecla mēte neſcia patri ſupremo gloria: honor qꝫ ſit filio ⁊ ſpiritui paraclito. Amen.

¶ (Gloria ſit patri ſupremo) i. excelſo (p ſecla) i. p ſecula. ⁊ eſt ibi ſincopa. gloria dico (neſcia mēte). i. incōprehēſibilis poſſibilitate humana. vnde deus regnabit ineternum ⁊ vltra ⁊ honor ſit ei. ſcilicet patri cum filio ⁊ ſpiritui paraclito. amen

## Tempore paſcali.

Ex eterne dn̄e: rerum creator omniū: qui es ⁊ ante ſecula: ſēper cum patre filius.



¶ Omnes iſti hymni hn̄t vnā materiā ⁊ vnā intentionē q̄a de paſſione xp̄i ⁊ de reſurrectiōe tractant. Oſtendit eni q̄ ſicut mortuus eſt propter delicta noſtra ſic ⁊ reſurrexit ppt̄ iuſticiam ⁊ iuſtificationē nr̄am: ⁊ contulit nobis verum paſca. i. tranſitum de terra ad celum de inferno ad paradiſum. Itē rogat vt ſua reſurrectio ſit noſtra redēptio ⁊ in paſcali tēpore vel gaudio. i. in die iudicii defendat nos a periculo mor

UVA. BHSC. IyR_108_3

tis. i. a dānatione. Uel materia huiꝰ hymni eſt vt deū deprecemur vt ſicut ille plaſmauit adā ⁊ accepit corporis eius formā. vt nos redime/ret a poteſtate diaboli. ⁊ iungeret nos deo patri. ita liberet nos ab oī delicto in hoc paſcali gaudio. O dn̄e (eterne rex) quia ī omi tēpore es rex regū. tu dico (creator) omniū reruꝫ. (⁊ ꝗ ſemꝑ es filiꝰ cū patre ante ſcl'a) i. ante mundi conſtitutionem.

**Qui mūdi in primordio: adā plaſmaſti hominē: cui tue imagini: vultum dediſti ſimilem.**

¶ Qui plaſmaſti hominē) vel formaſti de nihilo (in primordio) i. ī pricipio mundi (cui) i. ade (dediſti vultū ſimilē) i. mentē ſimilē ꝑ rationē (tue imagini) i. tue forme. vnde in geneſi. Formauit deus hominem ad ſimilitudinem ſuam.

**Quē dyabolus deceperat: hoſtis humani generis: cuius tu formam corporis aſſumere dignatus es.**

¶ Quē) adam. ſ. diabolus (hoſtis) i. inſidiator humani generis vl' hoſtis ꝗa nos in adā decepat. Ideo tu formā ade dignatꝰ es aſſumere vt ſic nos redimeres ⁊ hoc ē cuiꝰ ade dignatꝰ es aſſumere corꝑis formā.

**Ut hominē redimeres: quē ante iam plaſmaueras ⁊ nos deo cōiungeres: per carnis cōtubernium.**

¶ Dico ꝙ dignatꝰ es formaꝫ ſerui tui accipere ad hoc: vt redimeres hominē. ſ. adā ⁊ alios quē hoīem iā ante plaſmaueras ⁊ nos redimē/do coniūgeres deo patri ꝑ contuberniū. i. ꝑ vnionē vel ꝑ habitaculū. vel ꝑ coniunctionē carnis. i. humanitatis.

**Quē editū ex virgine: paueſcit oīs aīa. per quem ⁊ nos reſurgere: deuota mente credimus.**

¶ Quē editum. i. natū ex virgine maria oīs aīa. i. oīs ſpūs rationa/lis paueſcit. i. miratur ꝑ quē credimꝰ reſurgere nos dū veneris iudi/care viuos ⁊ mortuos deuota mēte .

**Qui nobis ꝑ baptiſmū: donaſti indulgentiā ꝗ tenebamur vinculis ligati cōſcientie.**

¶ O tu xp̄e ꝗ donaſti nobis. ſ. omnibus credentibus pie ⁊ ꝗd indul/gētiam originalis peccati. i. remiſſionem ꝑ baptiſmuꝫ qui tenebamur ligati vinculis conſcientie.

**Qui crucē ꝓpter hominē: ſuſcipere dignatꝰ es: dediſti tuum ſanguinē: noſtre ſalutis precium.**

UVA. BHSC. IyR_108_3

¶ Qui dignatus es ſuſcipere crucem.i.paſſionem crucis propter hominem ⁊ dediſti tuum ſanguinē precium noſtre ſalutis quia cū ſāguine tuo emiſti nos ⁊ redemiſti.

**Queſumus auctor omniū: in hoc paſcali gaudio: ab omni mortis impetu: tuum defende populum.**

¶ Et quia tot ⁊ tanta feciſti ꝙ nos a morte liberaſti.ideo o auctor omniū rerum q̄ſumus.i.rogamus te in hoc paſcali gaudio.i.tua reſurrectione defende.i.protege populum tuum a morte eterna iam redēptū ab oī mortis īpetu.i.ab oī ꝑiculo.ne denuo ī mortem corruamus.

## Ad matutinas tēpore paſcali.

**Aurora lucis rutilat.celū laudib⁹ intonat. mūdus exultans iubilat:gemēs infernus vllulat.**

¶ Materia hui⁹ hymni ē laudare deū.⁊ extirpare vicia ⁊ adherere virtutibus.Et nota ꝙ eccleſia dicit̄ aurora.⁊ q̄a aurora expellit tenebras.ita eccleſia penit⁹ extirpat vicia ⁊ peccata.Aurora dei q̄a xp̄us reſurrexit celeſtes creature intonāt laudib⁹ ⁊ hoīes exultātes laudāt ⁊ diabol⁹ vllulat ⁊ gemit Expone ergo ſic(Aurora lucis rutilat)i.qn̄ aurora pullulat ⁊ incipit dieſcere(celū).i.celeſtis creatura(intonat).i.reſonat(laudib⁹ mūd⁹ exultans iubilat).i.hoīes credētes ī deū cātant(⁊ infern⁹ gemēs)i.diabolus(vllulat.i.plāgit q̄a dolet de amiſſione eorum quos tenebat mortuos.ſ.adam ⁊ alios quos ſecum deus traxit ad requiem.

**Cum rex ille fortiſſim⁹:mortis cōfractis virib⁹: pede conculcās tartara:ſoluit a pena miſeros.**

